


230

Nad. 18.

J. H. ab Aachen  
Dresden: 1790.  
Corpus i. 1. v. 1. Bl.



IOANNIS FRIDERICI FLATT,  
PHILOSOPHIAE PROFESSORIS TUBINGENSIS

COMMENTATIO,

IN QVA

SYMBOLICA ECCLESIAE NOSTRAE

DE

DEITATE CHRISTI  
SENTENTIA

PROBATVR ET VINDICATVR.

---

Ἐκ μερὸς γνωσθομέν. Οταν δε ελθῃ το  
τελειον, τότε το εκ μερὸς καταργηθήσεται.

1 Corinth, XIII, 9. 10.

---

---

---

GOTTINGAE,

SUMTIBVS VANDENHOECK ET RVPRECHT

1788.

DEUTSCHER CHRISETT  
SCHRIFTEN  
DIE GESCHÄFTS-  
WELT VERFAßT

KOEN. FRIED.  
UNIVERS.  
ZU HALLE

## PRAEFATIO.

Nunquam profecto consilium edendae huius scriptio[n]is capturus equidem fuisset, nisi et publicum iudicium, quod venerando Gottingensium Theologorum ordini de illa (in *Goett. Anzeigen* 1787. 172. St. p. 1722.) ferre placuit. animum mihi addidisset, et fuissent inter amicos, qui in spem me inducerent, fore, ut et commune harum litterarum studium libelli huius lectio fructu aliquo augeat, et peritioribus atque exercitatio[n]ibus in hoc studiorum genere noua occasio praebeatur, grauissimum de Diuinitate Christi dogma in clariore luce collocandi.

Quam methodum in tractando scriptio[n]is huius argumento, quodue consilium fecutus sim, cuius lectori facile, ut credo, patebit. Quam recte autem vel in digerendis sel[ve]ndisque vel in expone[n]d[re]is et vindicandis nostra de Diuinitate Christi doctrinae argumentis versatus sim, ex isto tantum, at ex isto consilio, non difficeret poterit dijudicari. Id vnum lecto-

P R A E F A T I O .

lectori prius, quam ad ipsam lectionem  
accedat, significandum puto, nihil a me  
ei scriptioni, quae nonnullo abhinc tem-  
pore ad venerandum Gottingensium theo-  
logorum ordinem missa est, exceptis iis,  
quae vncinis angulatis inclusa sunt, addi-  
tum; nihil omnino, si ab his additamentis,  
et singulis quibusdam vocibus discesseris,  
immutatum esse. Quod, si qui sint, qui  
mirentur, iis, quod respondeam, nihil  
habeo, nisi aequum mihi fuisse visum, ut de  
integro, qui propositus mihi fuit, scopo  
iudicium lectori permitterem. Ceterum  
cum laborem meum et ab ea, quam flagi-  
tant forte nonnulli, perfectione multum  
abesse, et ne mihi ipsi quidem ex omni  
parte satisfacere, non ascititia quaedam mo-  
destia, sed intimus sensus fateri me iubeat;  
gratissimo omnino animo agnoscam, si qui  
ad corrigendos, quos forte admisi, erro-  
res aliquid conferre, vel in eorum, quibus  
vslus sum, argumentorum locum firmiora  
(qualia adhuc nulla reperire mihi contigit)  
substitui posse, planum facere velint. Scripsi  
in academia Tubingeni ipsius Calendis De-  
cembr. A. C. MDCCLXXVII.

---

CON-

---

## C O N S P E C T U S.

---

Praemisso breui prooemio (§. I.), et symbolicae de Deitate Christi doctrinae explicatione (§. II.),

I. Praecipua argumenta scripturaria, ad probandam illam pertinentia, (nam mere philosophicis vtendum non esse, §. III. docetur) exponuntur et vindicantur; Et

i. quidem contineri nostram de Deitate Christi sententiam inscripturaria doctrina, ita vincitur, vt

A. Ab *Apostolis*, Iohanne maxime, de cuius Euangeli scopo §. IV. breviter dicitur,

a. Reale discriumen patris et filii (§. V.)

b. Summam Christi Deitatem et οὐσίαν cum patre asseri (§. VI.-XI.);

B. Ipsius Christi sermones cum Apostolorum effatis consentire (§. XII.), ostendatur;

C O N S P E C T U S.

2. Christum et Apostolos quae in hanc sententiam dixerint, *serio*, non *oīkovo-  
muīws* tantum, asseruisse §. XIII. probatur.

II. Nostra de Deitate Christi sententia cum eorum, quae ab illa discedunt, theoriarum prae-  
cipuis ita comparatur, vt

A. praecipua argumenta, quae ad con-  
vellendam illam spectare videntur,

- a. tum *philosophica* (§. XIV.)
- b. tum *exegetica* (§. XV — XVII.)  
excutiantur, — deinde

B. Sigillatim

a. de Noetianorum, Modalistarum et  
Socinianorum (§. XVIII.),

b. de Arianorum et Clarkianorum,  
nec non de Pauli Maty, theoriis  
(§. XIX.) dicatur, hasque omnes  
maioribus, quam nostram, diffi-  
cultatibus vrgeri, doceatur.

---

§. I.

---

§. I.

**L**icet tam ardua sit, et tam longe ab humana intelligentia sensuque disiuncta sublimis illa, quae Noui Testamenti libris continetur, de Deitate Christi doctrina, ut non magnopere mirum videri possit, tam varias de illa tamque discrepantes esse doctissimorum probissimorumque hominum opiniones; non tamen eo valere debet difficultatis rei cogitatio, ut vel prorsus abstineamus grauissimi illius dogmatis disquisitione, vel certe omnes, quae a variis variorum temporum hominibus excogitatae atque in medium prolatae sunt de Divinitate Christi sententias eodem plane loco habendas esse, statuamus. Prius enim qui faciunt, ii profecto cogitare non videntur, non tantum supinae negligentiae ingratique in Deum animi esse, quid scire nos Deus voluerit, inquirere nolle, sed Deum etiam in reuelandis arduis eiusmodi doctrinis, praeter alia, hoc etiam

A

pro-

propositum sibi habuisse, ut, dum in scrutandis illis ingenii sui vires exercent homines, quam arctis limitibus ipsorum intelligentia cognitioque circumscripta sit, quantoque interuallo cum omnino eae res, quae sensibus nostris imperuiae sunt, ab iis, quae vel interno vel externis sensibus percipiuntur, tum maxime Diuina natura, et quicquid ad Deum pertinet, ab iis omnibus, quae vel experiri vel clare intelligere nobis datur, distet, viuidissime sentirent.

Qui autem tum dissensu doctissimorum virorum, tum difficultatibus, quibus singulas, quae inuentae a Theologis sunt, de Diuinitate Christi sententias laborare intelligunt, ita comouentur, et in contrarias partes distrahuntur, ut, ponderatis omnibus, definitam aliquam, sacrae scripturae de filio Dei doctrinam interpretandi, rationem amplecti, et ceteris omnibus praeferre non audeant; ii vel practicum sententiae alicuius momentum a veritate eiusdem non satis distinguere, vel in ponderandis comparandisque inter se difficultatibus minus recte versari, vel nimium in probando rigorem postulare mihi videntur. Nimirum ut ex pluribus, quae propositae nobis sunt, Diuinitatis Christi descriptiōnibus

nibus vnam aliquam eligamus, ceterisque omnibus anteponamus, non sane illud requiritur, vt omni eam difficultate carere, sed hoc tantum, vt minoribus eam, quam reliquas, premi, faciliusque, non cum vno tantum alteroue oraculo, sed cum vniuerso S. Scripturae systemate conciliari posse, intelligamus. Hanc autem praerogatiuam illi, quae libris nostris symbolicis continetur, de Deitate Christi sententiae concedendam esse, ostendere tentaturus, eum ordinem seruabo, vt primum, quae ad probandam nostram doctrinam maximam vim habere mihi videntur, argumenta afferam et, quoad res ipsa viresque meae patiuntur, vindicem; deinde ea-rum, quae a nostra diffentiunt, sententiarum praecipuas cum nostra ita comparem, vt hanc minoribus, quam illas, difficultatibus vrgeri, planum facere studeam.

---

## SECTIO PRIMA,

*in qua praecipua argumenta scripturaria,  
quae ad probandam symbolicam nostram de  
Deitate Christi doctrinam valent, exponun-  
tur et vindicantur:*

### §. II.

Cum ante omnia verus dogmatis illius, quod defendendum suscipio, sensus accurate definiendus sit, non tantum quibus formulis exprimi illud soleat, sed in primis etiam, quae nam vis subiecta iisdem sit, breuiter dispiciendum est. Notandae autem sunt duas potissimum formulae, a patribus acceptae, quae ad declarandum orthodoxae ecclesiae de Christi Deitate sententiam atque ad discernendam illam ab haereticorum, quos vocant, erroribus adhiberi solent: Una, filium Dei οὐοστὸν esse patri; altera, filium et patrem duas esse distinctas personas. (υποστοσις.) Sed cum utraque formula per se aliquid ambiguitatis et obscuritatis habeat; quae nam vocum illarum potestas sit, et quonam sensu ex mente nostrae ecclesiae accipiendae sint, studiosius inquirendum est. Et ad vocem quidem οὐοσ-

5105

σιος quod attinet; primum illud quaeritur, vtrum in ea formula, in qua de filio Dei a nostris usurpatur, numericam της στιας identitatem; an hoc tantum significet, patrem et filium aequales να<sup>τ</sup>στιαν esse, vel haec tenus communem naturam habere, vt ad eandem speciem pertineant? Nam posteriorem quoque significationem tum ex veterum Graecorum tum ex patrum etiam loquendi vsu<sup>1</sup> voci illi tribui posse, dubitari vix potest. Sic (vt pauca tantum loca afferam) Dionysius Alexandrinus in scripto Αθανασιου περι Διονυσιου του επισκοπου Αλεξανδρειας cf. Roesleri Bibl. der Kirchen V. T. II. p. 380. Christum, vt hominem scilicet, ομορφιον nobis esse dicit. Ita enim ille “Ει μεν γυ ομορφιος εσιν ο υιος, και την αυτην ημιν εχει γενεσιν: εσω και πατα τυτο και ο υιος αλλοτριος και στιαν τα πατρος” &c.

Simili plane ratione in formula a Chalcedonensis concilio patribus praescripta Christus secundum humanam naturam ομορφιος ημιν appellatur. Quid? quod ne patres quidem Nicaenos, quorum auctoritate formula illa, Christum ομορφιον πατρι esse, in catholi-

I. cf. S. R. DOEDERLEIN Institut. Theol. Christ. P. I.  
p. 376. not. c).

catholicam ecclesiam introducta est, voce ομορφιας numericam σοιως identitatem significare voluisse<sup>2</sup> satis idoneo argumento euinci posse videtur. Sed vt cunque sit; illud certe dubio caret, sequiori aetate & Catholicis filium patri hoc sensu ομορφιον dictum esse, vt eadem numero ipsi cum patre σοιω tribueretur. Quam quidem sententiam a nostra etiam ecclesia retentam fuisse, tum diserta confessionum nostrarum verba (August. Conf. Art. I. Art. Smalcald. P. I. &c.) testantur, tum illius sectae, quae in form. Concord. XII. p. 829. seq. ed. Rechenb. damnatur, professio argumento est. Nec difficilius est, quae notio voci σοιω, vbi de patre et filio usurpatur, ex mente nostrae ecclesiae subiicienda sit, definire. Quamuis enim, hanc quoque vocem πολυσημουν esse, et ab ipsis patribus ecclesiasticis non uno sensu<sup>3</sup> acceptam fuisse, negari haud possit; illud tamen perspicuum est, in publica ecclesiae nostrae doctrina per σοιων s. essentiam Diuinam, vel uniuersae substantiam s. naturam Diuinam, vel strictiore sensu complexum eorum

at-

2. cf. FVCHS Bibliothek der Kirchenversammlungen, T. I.  
p. 385.

3. cf. S. R. DOEDERLEIN p. 373. ob. 3. et FVCHSII Bibl.  
der Kirchenvers. P. I. p. 386. not. 33.

attributorum, quae in naturali theologia vel ex summae perfectionis notione vel ex operum Divinorum consideratione duci Deoque tribui solent, (aeternitatis scilicet, independentiae, infinitae potentiae, bonitatis etc.) intelligi. Etenim ipsa Augustana confessio Art. I. his verbis definit *sicut s. essentiae Diuinae rationem*:

*"una est essentia Diuina, quae appellatur et  
 „est Deus, aeternus, incorporeus, impar-  
 „bilis, immensa potentia, sapientia, boni-  
 „tate, creator et conseruator omnium rerum  
 „visibilium et inuisibilium".*

Apparet igitur priorem illam formulam: *Filius Dei quoque s. consubstantialis patri est, ex publica ecclesiae nostrae doctrina hanc vim habere, ut significet, patrem et filium ad eandem numero substantiam infinitam pertinere; vel eadem numero attributa, quibus pater, qua infinite perfectus spiritus, omniumque rerum creator et conseruator ab omnibus finitis rebus secernitur, non aequalia tantum aut similia, sine diuisione vel multiplicazione, eidem cum filio communia esse.*

Sed, non obstante numerica essentiae Diuinae, patri filioque communis, unitate, internum quoddam et reale discrimen inter patrem et

A 4

filium

filium intercedere ecclesia nostra statuit, ad quod  
significandum hac formula uti solet: *Pater et  
filius duae sunt distinctae personae.* Quid autem  
valeat hic vox *persona* (*προσωπον, υποστασις*), non  
minus vaga illa per se atque ambigua, quam vo-  
cabulum *ομοοτικος*; ad consilium orthodoxorum,  
vocem istam in doctrina de Trinitate usurpan-  
tium, attendenti facile patebit. Constat nimi-  
rum, tum antiquioribus Catholicis, tum nostris  
confessoribus, aliisque, qui cum his in doctrina  
de Trinitate consentiebant, in adhibendo voca-  
bulo personae hoc maxime propositum fuisse, ut  
esset rata quadam formula, quae ad discernen-  
dam ipsorum sententiam a *Sabellianorum* alio-  
rumque similium haereticorum opinionibus, at-  
que ad arcendos horum errores ab orthodoxa  
ecclesia apta esset. Igitur non eo sensu, quo  
duo homines diuersae personae dicuntur (ita  
enim tolleretur unitas Dei numerica), sed hac-  
tenus patrem et filium duas personas esse asseri-  
tur, ut *nominaliter* tantum illos aut *logice* dif-  
ferre, h. e. ut patris et filii nomina eandem plane  
vim habere, vel diuersas tantum eiusdem subie-  
cti partes affectionesue, vel relationes externas,  
vel cogitandi aut vniuerse operandi modos, vel

de-

denique tale discrimen, quale inter substantiam eiusque attributa vel operationes intercedit, significare <sup>4</sup> negetur. Atque in hac quidem explicatione, licet negantibus notis tota absolutatur, subsisti et posse et debere <sup>5</sup>, existimo. Cum enim res ipsa, de qua explicanda agitur, eiusmodi sit, ut cum earum nulla, quas vel experiri vel intelligere nobis datur, comparari possit; facile patet, negante tantum, non ajente, sensu vel cogitari vel definiri illam a nobis posse. Atque etiam historia docet, in quantas difficultates incurvant, quamque parum feliciter in hac causa versentur, qui id sibi sumunt, ut definitione aliqua, mathematicis simili, personale, quod vocatur, patris et filii discrimen declarant. Quotquot enim ex iis, qui definitiones eiusmodi exhibent, legere mihi contigit <sup>6</sup>, ii

omnes,

4. *Augustiana confessio*, quid per personam intelligendum sit,  
Art. I. his verbis declarat: *Nomine personae vtuntur ea si-  
gnificatione, qua vni sunt in hac causa scriptores ecclesia-  
stici, vt significet non partem aut qualitatem in alio, sed  
quod proprius subsistit.*

5. cf. in primis ven. STORR über den Zweck der evangelischen  
Geschichte und der Briefe Iohannis Tüb. 1786. p. 474 seqq.

6. ipsum *Leibnitium*, finiendarum notionum studioſissimum,  
quam difficile sit, vocis personae definitionem, ad logicorum

omnes, si quid video, vel ad explicandam ob-  
scuram vocem aequa obscuris, immo obscurio-  
ribus,

regulas exactam, tradere, et suo exemplo confirmasse, et ipsum etiam sensisse, ex iis, quae sequuntur, locis clarissime intelligitur. In priore nimirum ad Loeflerum (cui in animo erat, Anglici cujusdam antitrinitarii librum methodo mathematica refutare) epistola (Leibnit. oper. omnium ed. Dutens T. I. p. 18.) licet consilium, mathematicam methodum sequendi, non magnopere approbet, tamen, ne deesse cognato videatur, praeter alias hanc cum illo definitionem communicat: *plures personae in eadem numero substantia absoluta significant plures substantias singulares intelligentes essentialiter relativas.* In posteriore autem ad eundem epistola (I. cit. p. 22. seq.) suadet cognato, ut mutet definitionem personae, et pro verbis: *sunt substantiae singulares intelligentes essentialiter relativae*, ponat: *Intelliguntur per modos subsistendi relativos incommunicabiles.*

Vix monitu opus est, vtramque definitionem, scholasticis plane similem, quam plurimum obscuritatis habere. Sed ne ipsi quidem Leibnitio huiusmodi explicationes prorius satisfecisse, non obscurae prodere videntur, quae in alio scripto, quod in idem fere tempus incidit (Remarques sur le livre d'un Antitrinitaire Anglois, qui contient de considerations sur plusieurs explications de la Trinité) de eadem causa differit. Primum enim (loc. cit. p. 25.) hoc tanquam principium ponit: *En matière de mystère le meilleur seroit de s'en tenir précisément aux termes revelés autant qu'il peut.* Deinceps quid per vocem personae in doctrina de trinitate intelligendum sit, (ne scilicet cum verbo rem tollere videatur) declarat quidem, sed ita, ut negantibus magis, quam aientibus notis vtatur. “*Il faut dire*, inquit, (I. cit.

ribus etiam, vtuntur, vel ita notionem personae finiunt, vt ad Tritheismum, vel illum ipsum etiam, cui vox personae opponitur, errorem defellant.

Quod autem et patres antiqui et Scholastici et ex nostra ecclesiae Theologis multi de *generatione filii* et de *αγενυησια* patris addunt, id quidem, saluo eo, quod caput nostrae de Deitate Christi doctrinae est, vel rescindi, vel certe in medio relinqu posse, consentientibus haud paucis iisque grauissimis Theologis, statuo. Etenim neque *ομοσιαν* neque discrimen reale patris et filii, sublata illa formula, tolli, manifestum est. Si qui tamen sunt, qui vel scripturariis argumentis, vel Nicaenorum patrum auctoritate adducti, retinendam generationis vocem, existiment, vtantur illi hac formula (suo enim iure vtuntur), sed ita vtantur, vt vel incognitam tantum

p. 26.), qu'il y a des relations dans la substance Divine, qui distinguent les personnes, puisque ces personnes ne sauroient être des substances absolues. Mais il faut dire aussi, que ces relations doivent être substantielles. De plus il faut dire, que les personnes Divines ne sont pas le même concret sous différentes dénominations, ou relations, comme seroit un même homme, qui est poete et orateur. Il faut dire aussi, que les trois personnes ne sont pas des substances aussi absolues, que le tout<sup>o</sup>.

tantum filii ad patrem relationem voce ista exprimant, adeoque, quid sit generatio, prorsus se nescire profiteantur; vel, dum filium εν της γενεσίας τοῦ πατρός generatum dicunt, hoc tantum significant, ipsum neque εξ εντονών factum, neque εξ επεριεντής γενεσίας generatum esse; vel denique si aiente sensu generationis notionem finire tentent, eam exhibeant definitionem, quae nec secum ipsa, nec cum aliis de patris et filii natura placitis pugnet.

### §. III.

Duo igitur potissimum (ut paucis rem complectamus), symbolicam nostram de Deitate Christi doctrinam defendendam suscipienti probanda sunt:

- 1) *Christum non similem tantum patri vel aequali natura et maiestate esse, sed ad eandem numero cum patre substanciali Diuinam pertinere, vel earundem numero proprietatum, quibus pater, qua spiritus perfectissimus omniumque rerum creator et conservator, a finitis creatisque rebus omnibus discernitur, participem esse;*      sed

2)

2) eundem tamen, qua Diuinum subiectum,  
vere et realiter h. e. non nomine tantum vel  
logice (vid. p. 8.) a patre differre.

Iam, quibus potissimum argumentis vti pos-  
sint, qui hanc de Diuinitate Christi sententiam  
defendunt, ira ostendere conabor, vt ex infi-  
nita pene eorum, quae a variis variorum tem-  
porum theologis confirmandi nostri dogmatis  
causa allata sunt, copia, saluo meliori iudicio,  
ea quae mihi minime dubia videntur, feligam, et  
quoad eius fieri poterit, vindicem. Et illud qui-  
dem facile mihi a grauissimis theologis concedi  
arbitror, exegeticis<sup>7</sup>, non mere philosophicis,  
argumentis, tanquam fundamento superstruen-  
dam esse sublimem illam doctrinam. Etenim  
et res ipsa, de qua agitur, ab analogia ita re-  
mota, atque a sensu intelligentiae nostra  
tam longe disiuncta est, vt in hac praelertim,

in

7. Ipse LEIBNITIUS in epist. supra cit. (oper. omn. ed. Dutens T. I. p. 17.) eam, de qua agimus, rem *minus rationibus*, quam *vindicatione textuum, transigi*, fatur.

Similiter LAMBERTVS in epistola illa ad Vrlspergerum (vid. *Lamberts Briefwechsel II. B. p. 108. seqq.*), in qua vniuer-  
se de recta ratione, probationem dogmatis de Trinitate in-  
stituendi, praecepit, omnia ad S. Scripturae auctoritatem re-  
vocat.

in qua iam versamur, conditione de philosophica  
Deitatis filii probatione plane desperandum esse  
videatur; et omnium eorum, qui vel medio ae-  
uo vel recentiore aetate dogma de Deitate λογία  
vel vniuerse de Trinitate ex solis rationis princi-  
piis ducere conati sunt, tentamina eiusmodi sunt,  
vt imbecillitatem potius humanae rationis, quam  
quod probandum viri isti suscepérunt, demon-  
strent. Quod duobus tantum, sed illustribus  
exemplis acutissimorum virorum Toellneret Lef-  
singii, confirmare, non alienum videtur. Ille  
nimirum <sup>8</sup> (vt ipsius verbis vtar) „Es ist gewiss,  
„inquit, dass wir uns in Gott drey ewige wahr-  
„haftig von einander unterschiedene Handlungen  
„neben einander gedenken müssen, die Handlun-  
„gen des Wirkens, der Vorstellung und des Be-  
„gehrens alles möglichen Guten in und außer ihm.

„Drey wahrhaftig verschiedene Handlungen  
„zugleich von Ewigkeit her neben einander, er-  
„fordern auch von Ewigkeit her drey von einan-  
„der wahrhaftig verschiedene handelnde Gründe.  
„Vnd so erkennen wir mit der durch die Schrift  
er-

8. cf. TOELLNERS kurze vermischtte Auffäze. II, B, 1. Saml.  
1769. p. 81. sq.

„erwekten Vernunft, dass die Kraft, der Verstand, und der Wille in Gott nicht drey bloße Vermoegen, sondern drey von einander verschiedene Kraefte, das ist, drey Substanzen“ sind.“ At ne dicam, precario sumi, neque vlo modo probabile effici posse, tres illos actus Diuinos, quos cogitando nos discernere solemus a toridem diuersis principiis, quae substantiarum loco habenda sint, repetendos esse; quis non videt, sumta illa argumentatione, vel aliud, quam nos defendimus, discrimen patris et filii statuendum, vel aequalitatem et ομοστατη Diuinorum personarum aliter, quam ab orthodoxis fieri solet, definiendam esse? Aliam, ingeniosiorem sane, at non probabiliorem rationem Lefsing secutus est, ex eo filii Dei existentiam colligi posse ratus, quod non possit non Deus ipsum, h. e. totum perfectionum suarum complexum perfeccissimo modo, adeoque ita sibi pra-

9. Similes argumentationes apud antiquiores quosdam catholicos maximeque Scholasticos vniuerse in demonstrandis ex Philosophia positivae Theologiae placitis moleste sedulos, reperiuntur. Videtur nempe discrimen illud vel virium vel operationum, quod in animo humano obseruare licet, primum ad illustrandam tantum, deinde etiam ad probandam doctrinam de Trinitate adhibitum esse.

praesentare <sup>1°</sup> vt, quicquid in repraesentante in-  
sit, idem etiam imago contineat. Ita enim ille  
(in

10) Eadem fere hypothesis Melanchthon, non ad probandam sed ad illustrandam tamen doctrinam de filio Dei vtritur. Ita enim ille (in Locis theol, Lips. 1552. p. 13.): *Mens humana cogitando mox pingit imaginem rei cogitatae: sed nos non transfundimus nostram essentiam in illas imagines suntque cogitationes illae subitae et evanescentes actiones. At pater aeternus sese intuens, gignit cognitionem sui, quae est imago ipsius, non evanescens, sed subsistens, communicata ipsis essentia.*" Hac quippe ratione optime explicari posse putat, cur secunda persona et  $\lambda\sigma\gamma\omega\varsigma$  et imago atque  $\alpha\pi\alpha\gamma\omega\varsigma\mu\alpha$  patris dicatur. Aliam haud prorsus absimilem, at multo tamen improbabiliorem, rationem, vel probandi vel illustrandi doctrinam de Logo, praeter alios Joh. Damascenus sequitur, qui libr. de orthodoxa fide C. VI. (ex interpretatione Iac. Fabri Stapulensis), praemiso hoc principio: *Necessitas naturae est, monadē duitatis esse principium; ita pergit: "Ipse ergo unus et solus Deus non sine verbo est. Verbū enim habens, non insubstiens habebit, sed neque esse incipiens, neque esse definens: Non enim fuit unquam, ut fuerit Deus absque verbo. Semper autem habet sui ipius verbum ex se genitum, non, instar nostri, subsistentiam non seruans, et in aera fluens, sed intime subsistens, viuens, absolutum, non extra ipsum ut separabile euagans, sed in ipso semper immanens. Vt enī erit, si extra ipsum gignitur? Atqui quoniam naturae nostrae temporalis est conditio, et facile dissolubilis; hanc ob causam et verbum nostrum subsistentiam non retinet. At vero Deus semper existens et perfectus cum sit: perfectum et intime subsistens habet suum*

(in libro inscripto: *Die Erziehung des Menschen Geschlechts* Berlin 1785. p. 68. sq.) „Muß „Gott nicht die vollständigste Vorstellung von „sich selbst haben? d. i. eine Vorstellung, in „der sich alles befindet, was in ihm selbst ist. „Würde sich aber alles in ihr finden was in ihm selbst „ist, wenn auch von seiner nothwendigen Wirk- „lichkeit, so wie von seinen übrigen Eigenschaf- „ten, sich blos eine Vorstellung, sich blos eine „Möglichkeit fände? Diese Möglichkeit erschöpft „das Wesen seiner übrigen Eigenschaften; aber „auch seiner nothwendigen Wirklichkeit? folg- „lich kann entweder Gott gar keine vollstän- „dige Vorstellung von sich selbst haben: oder

„diese

„suum ipsum verbum, et semper existens et viuens, et  
 „omnia habens, quaecunque genitor habet. Quemadmodum  
 „enim ex mente verbum nostrum prodiens neque per totum  
 „menti idem est, neque prorsus omnino diuersum (nam ex  
 „ipsa existens, aliud est praeter ipsam mentem, si in oper-  
 „tum agens; neque adhuc usque quaque aliud a mente est;  
 „sed cum secundum naturam unum sit, aliud est subiecto).  
 „sic et Dei verbum, qua substantiam secundum se ipsum, discer-  
 „nitur ab eo, a quo; substantiam habet qua vero eadem in se  
 „ipso ostendit, quae circa Deum conspiciuntur illi secun-  
 „dum substantiam idem est. Sicut enim, quod in omnibus  
 „perfectum est, in patre consideratur, aequum et in eo, quod  
 „ex ipso aggenitum est, verbo contemplari necesse est.”

B

„diese vollständige Vorstellung ist eben so nothwendig wirklich, als er es selbst ist &c.“ Eandem hypothesis in LESSINGII *Theologischem Nachlas* (Berlin 1784.)<sup>11</sup> p. 222. ita expositam reperimus, vt cum pantheismo<sup>12</sup> eandem in Lessingiano systemate ardentissime coniunctam fuisse appareat. At male profecto theologico nostro systemati consuleret, qui, defendendae Deitatis *λογία* causa, ad pantheistica principia confugeret. Sed ne duci quidem ex his principiis recte posse eam, quam nos tuemur, de Trinitate sententiam; mea quidem opinione haud difficile est ad iudi-

11. praemiso generali hoc principio (p. 121.) *Vorstellen, wollen, und schaffen, ist bey Gott eines*, ita pergit auctor:  
 „Gott kann sich nur auf zweyerley Art denken; entweder er  
 „denkt alle seine Vollkommenheiten auf einmal, und sich als  
 „den Inbegrif derselben, oder er denkt seine Vollkommen-  
 „heiten zertheilt. — Gott dachte sich von Ewigkeit her in  
 „aller seiner Vollkommenheit; das ist, Gott schuf sich von  
 „Ewigkeit her ein Wesen, welchem keine Vollkommenheit  
 „mangelte, die er selbst besas. — Dieses Wesen ist Gott  
 „selbst, und von Gott nicht zu unterscheiden, weil man es  
 „denkt, so bald man Gott denkt, und es ohne Gott nicht  
 „denken kann; das ist, weil man Gott ohne Gott nicht den-  
 „ken kann, oder weil das kein Gott seyn würde, dem man  
 „die Vorstellung seiner selbst nehmen wollte. Man kann die-  
 „ses Wesen ein Bild Gottes nennen, aber ein identi-  
 „sches Bild.“

12. cf. etiam IACOBI über die Lehre des Spinoza in Briefen an den Herrn Moses Mendelssohn, 7185, p. 41. 42.

iudicandum. Ut enim taceam Lessingianam de filio Dei hypothesin, quomodo cunque eam interpreteris, cum ea, quam nos defendimus, non prorsus consentire; cui non appareat, sumta illa, progressum quendam in infinitum admittendum esse, nec cur in binione proprie vel ternione Diuinorum subiectorum subsistere debeamus vlam probabilem rationem afferri posse? Quod si enim imagini illi reali, quam Deus efformare dicitur, omnia plane, quae Deo ipsi, insunt; utique etiam conscientiam sui perfectissimam eidem tribuendam esse, facile intelligitur. At hoc posito, cur *duas* potius vel *trias*, quam infinita Diuinorum subiectorum multitudo, statuenda sit, equidem non video.

Longum esset et a proposito nostro alienum, similia aliorum tentamina recensere ac diiudicare. At difficile certe non esset, planissime ostendere, omnes in vniuersum, quas philosophantes theologi vel θεολογοι philosophi in medium attulere, philosophicas Deitatis λογις vel Trinitatis probationes ita comparatas esse, ut confirment, quod supra diximus, inanem omnino spem esse, ea, quam viri isti ingressi sunt, via ad metam propositam perueniendi. Missis igitur

B 2

huius

huius generis argumentis, quomodo ex S. Scriptura probati possit dogma nostrum, dispicie-  
mus; et primum quidem ea *Apostolorum*, Io-  
hannis et Pauli, dicta, quibus maxime niti vide-  
tur nostra de Deitate Christi sententia, executie-  
mus, deinde, quid ad confirmandam illam pree-  
sidii ab *ipius Christi* effatis peti possit, vide-  
bimus.

#### §. IV.

Inter Christologos principem facile locum  
obtinere *Johannem Apostolum*, vel ex hoc con-  
cicere licet, quod ipsum non tantum intima fa-  
miliaritate Iesu Christo, dum in his terris viue-  
ret, coniunctum fuisse, sed etiam in edendis  
suis scriptis, in primisque in conscribendo Euangeli-  
o, hunc maxime scopum sibi propositum ha-  
buisse constat, ut nimis vili de Christo opinioni  
in ecclesia serpenti obuiam iret, Divinamque  
magistri sui dignitatem in clarissima luce colloca-  
ret. Etenim ipse sub finem Euangelii (C. XX,  
v. 31.) eo se consilio historiam Iesu enarrasse te-  
statur, *ινα πισευσωσι λεκτορες, οτι Ιησος εσιν ο*  
*Χριστος ο νιος τω Θεω*. Irenaeus autem, cuius in  
hac causa testimonium quomodo probabili ali-

qua

qua<sup>13</sup> ratione euerti possit, non video, *contra haereses*, L. III. C. XI. §. I. <sup>14</sup> clarissime asserit, Iohannis Euangelium ad euellendum ex Christianorum animis Cerinthi errorem spectasse; qui quidem, eodem<sup>15</sup> auctore, et mundum a sum

13. cf. Ven. STORRII commentatio in locum Irenaei III. II. in *Repertor. für biblische und morgenländische Litteratur*: P. XIV. p. 127. seqq. Eiusdemque liber *Ueber den Zweck der evangelischen Geschichte und der Briefe Iohannis* 1786. p. 55. seqq. 176. seqq.

14. *Verba, quae hic pertinent, haec sunt: Hanc fidem annuntians Iohannes, Domini discipulus, VOLENS PER EVANGELII ANNVTIATIONEM AVFERRE EVM, QVI A CERINTHO INSEMINATVS ERAT HOMINIBVS, ERROREM -- sic inchoauit in ea, quae est secundum Euangelium doctrina: In principio era<sup>t</sup> Verbum, etc.*

15. L. I. C. XXVI. I. hacc de Cerintho tradit Irenaeus: "Cerinthus quidam in Asia non a primo Deo factum esse mundum docuit, sed a virtute quadam valde separata, et distante ab ea principalitate, quae est super vniuersa, et ignorantem eum, qui est super omnia Deum. Iesum autem tubiecit, non ex virgine natum (impossibile enim hoc ei visum est) fuisse autem eum Ioseph et Mariae filium, similiter ut reliqui omnes homines, et plus potuisse iustitia, et prudentia, et sapientia ab hominibus. Et post baptismum descendisse in eum, ab ea principalitate, quae est super omnia, Christum figura columbae, et tunc annuntiasse incognitum patrem, et virtutes persecisse; in fine autem reuolasse iterum Christum de Iesu et Iesum passum esse et resurrexisse, Christum autem impassi-

bilem

summo Deo vel Christo creatum esse negauit, et sublimem illum spiritum s. i*n*u*v**a* Christum, ceteris quidem omnibus coelestibus spiritibus superiorem, at a summo tamen Deo diuersum, ad tempus tantum, inde a baptismo ad ultimam usque passionem, cum homine Iesu, naturali lege nato, ha<sup>c</sup>tenu<sup>s</sup> se coniunxisse statuit, ut eundem in docendo et miraculis patrandis adiuvaret. An cum Iohannitis <sup>16</sup> etiam res fuerit Apostolo Iohanni, paullo difficilior quaestio est,

de-

bilem perseverasse, existentem spiritalem". Adde L. III. C. XVI. 1. ex quo loco hoc habemus, *Christum illum*, qui in Iesum descenderit, ex Cerinthianorum sententia (nam de Cerinthianis sub initium capituli sermonem esse, dubitari vix potest), ne ab his quidem, quae in coelo sunt, potestatis et virtutibus apprehensum (comprehensum), patrem autem eiusdem Deum esse.

**16.** WOLZOGENIUS primariam causam, cur Iohannes euangelium suum a descriptione summae praestantiae ac dignitatis Domini Iesu auspicaretur, hanc fuisse putat, "quod tunc temporis a multis alias praeter Iesum Nazarenum pro Messia habitus fuerit, nempe Iohannes Baptista". Hoc autem ex locis Luc. III, 15 Ioh 1, 6-8. 15, 19, 29 sqq. III, 28. rectissime colligi posse, existimat (vid. I. L. WOLZOGENII *Opera omnia* Irenop. 1656 p. 701.) Nouis rationibus nostro demum aevo et illustrata et confirmata est sententia de scripto aduersus Iohannitas Iohannis euangelio. cf. OVERBECKS *neue Versuche über das Evangelium des Iohannes; et ven. STORRII lib. cit. über den Zweck der evangel. Geschichte Iohannis*, 1<sup>o</sup> Abschn. 1. Hauptft.

de qua equidem nihil certi statuere ausim. Quamuis enim persuasissimum habeam, ad coargendum illum, qui Iohannitis vel Sabaeis tribuitur, errorem non minus aptum<sup>17</sup> fuisse Iohannis Euangelium, quam ad conullandis Cerinthi opiniones, non possum tamen, quin dubitem, an satis firmis *historicis* argumentis probari possit, ea aetate, qua scribebat Iohannes, in iis ecclesiis, quibus dicata erant ipsius scripta, fuisse, qui Iohannem baptistam Messiae loco habendum, et hoc nomine Iesu Nazareno anteponendum esse, putarent. Quicquid autem de singulari, quae Iohanni fuit, occasione, doctrinam de Divina Christi dignitate accuratius definiendi et vindicandi, statuas, illud certe iustum dubitationem non habet, clarius et ad probandum nostrum dogma aptius de Deitate Christi eiusque ad patrem relatione testimonium reperiri non posse, quam quod Iohannes Euangelii sui initio perhibet, quodque his verbis continetur:  
 Εν αρχῃ ην ο λογος, πατι ο λογος ην προς του Θεου,  
 πατι Θεος ην ο λογος. Ουτος ην εν αρχῃ προς του  
 Θεου,

<sup>17.</sup> Solidissime hoc probauit accuratissimeque defendit Ven.  
 STORR. l. cit.

Θεον. Παντα δι αυτες εγενετο, και χωρις αυτες εγενετο καθε εν, ο γεγονεν. Quid igitur valeant haec verba, quamque vim habeant ad probandam nostrae de Christo Deo doctrinae cum Iohannis Apostoli sententia conformitatem, accuratius iam dispiciendum est.

### §. V.

Facillimum sane esset, veram Iohanneae vocis *λογος* notionem definire, si, vnde sumserit eam Apostolus, quidue occasionem ipsi praebuerit, vocabulum illud usurpandi, certo quodam historico indicio constaret. At cum hoc interpretandi subsidio destituamus (nam vel a Chaldaeo<sup>18</sup>, vel a Philone, vel a Cerinthianis repetendam esse vocis *λογος* originem, euictum certe nondum esse existimo); nihil aliud relinquitur, quam ut tum ea, quae ab ipso Iohanne de *λογῳ* enuntiantur, inter se comparemus, tum Hebraeo-graeicum vel Alexandrinum loquendi usum consulamus. Et e contextu quidem Iohanneo illud primum recte colligi posse mihi videtur, *λογον* ex Apostoli sententia et *Concretum aliquod intellegens,*

18. [S. R. DOEDERLEIN Institut. Theol. Christ. P. I. §. 105, Obs. 2].

*ligens idemque Diuinum, sed a Deo patre realiter diuersum, et eundem esse, qui Christus alias appellatur.* Etenim v. 1 - 3. maximeque v. 14. 18. non patiuntur, vel de abstracto quodam, ex gr. attributo vel actione aliqua Dei cogitare, vel mera externa relatione, aut nomine tantum, λογον a Deo patre distinguere, vel denique a Christo eundem sciungere. Quod ut luculentius pateat, per singula eundo, nullam earum, quas modo memorauimus, sententiarum probabilem esse, ostendemus.

Primum igitur ipsa illa, a quibus euangelium suum auspicatur Apostolus, verba eiusmodi sunt, ut satis commodum sensum non fundant, vel certe satis dignam auctore suo, scribentisque consilio consentaneam sententiam non contineant, si per λογον abstractum quoddam intelligatur. Fac enim, vocem illam idem, quod apud Philonem saepe, intellectum *Diuinum* (הָנָמָם Prov. VIII.), vel vniuerse vim *Diuinam* significare; quomodo, quaeſo, Iohannem ab inepta loquacitatis et molestae in cumulandis tautologiis sedulitatis crimine liberare, quam quaeſo, rationem probabilem afferre poteris, cur, quod a nemine eorum, ad quos ille vel scribit vel re-

spicit, in dubium vocatum, nedum negatum esse constat, tam grauiter asseueret<sup>19</sup>, tam studiose repetat Apostolus? Quid vero, si voce ο λογος et vim Diuinam et eiusdem manifestationem (λογος enim et rationem et orationem notat) comprehendendi; si vim Diuinam<sup>20</sup> quatenus se exerit, τον λογον dici a Iohanne statuatur? Ita sane apta ad consilium Apostoli, Cerinthiano quippe de mundi origine (cf. not. 15.) errori opposita, essent verba illa: *Εν αρχην* (Ipso illo, de quo Moses Gen. I, 1. loquitur, principio) ην ο λογος

exe-

**19.** Nonnisi, quae v. 3. dicuntur, apta essent ad consilium Apostoli. At superflui profecto essent duo priores versiculi: superfluum certe tertium v. 1. enuntiatum, et vix ferenda, quae v. 2. \* occurrit, repetitio.

\* Obiter tantum moreo, verum hunc in duobus codicibus (47 et 64 apud Wetsteinum), sed nullius auctoritatis, omitti,

**20.** Si qui sint, qui in primo v. 1. enuntiato per λογον non Diuinam proprie, sed vniuersae vim quandam cogitantem eamque se manifestantem intelligendam esse, adeoque verba: *Εν αρχην — προς τον Θεον* ita interpretanda esse putent: Illo principio, quod Moses describit, vis quedam cogitans se exercebat, ipsius nomine Dei vis; ii, et cur Articulus ponatur, qui de definito quodam λογω cogitare iubet, et cur ad verba: ο λογος ην προς τον Θεον, haec etiam adiungantur: και Θεος ην ο λογος, doceant velim,

(exerebat se vis Diuina). Sed quo consilio, quo sensu, sumta illa hypothesi, addat Iohannes: ο λογος ην προς τον Θεον, και Θεος ην ο λογος; equidem non video. Quis enim ferat ita loquentem: Ratio petri, quatenus foras se prodit, aliisque conspicua redditur, ad petrum pertinet, vel cum petro coniuncta intime est, immo ipse petrus est! Nec magis consentaneum est, λογον per actionem vel manifestationem<sup>21</sup> virtutis Diuinae explicare. Hoc enim sumto, et superflua esse verba: Ο λογος ην προς τον Θεον, et, quod maximum est, tertium enuntiatum: Θεος ην ο λογος, sano sensu<sup>22</sup> prorsus destitui, clarum et perspicuum est. Omnia autem minime ferenda est eorum sententia, qui λογον pro<sup>23</sup> Euangelio poni existimant. Ne enim dicam, ipsum scribentis consilium cum hac interpretatione plane

non

21. Hunc in sensum cel. HESSIVS vocem λογος accipit. cf. eiusdem *Plan des Reichs Gottes* P. II. p. 77. sq. ed. 1.

22. Hanc ipsam ob causam cel. HESSIVS l. cit. in interpretando tertio v. 1. enuntiato abstractum in concretum mutat, atque ita vertit: *Gott selbst war es, was sich offenbarte.*

23. Hanc opinionem tuerit BENIAMIN DAWSON in commen-tatione sua de λογω, cuius germanicam versionem exhibet *Brittischtheologisches Magazin* IV. B. 2 St.

non consentire; durum profecto est, verba:  
**Eν αρχῃ — προς τὸν Θεόν**, in hunc sensum torque-  
 re: Ab aeterno Euangelium Deo notum, vel  
 eius promulgatio a Deo decreta erat; durum  
 etiam in tertio v. 1. enuntiato per λόγον *Euangelii auctorem*, in antecedentibus autem et conse-  
 quentibus <sup>24</sup> ipsum *Euangelium* intelligere; du-  
 tissimum denique illud Aut<sup>s</sup> v. 3. cum Dawsonio  
 ad τὸν Θεόν, non ad λόγον, inuito contextu, tra-  
 here. Maneat igitur hoc, satis probabili atque  
 interpretandi legibus consentanea ratione v. 1-3  
 explicari non posse, si abstractum quoddam,<sup>25</sup>

si

**24.** Illud *Οὐτος* v. 2. manifeste refertur ad τὸν λόγον, qui  
 Θεος ἡμ.

**25.** Frustra prouocant ad 1. Ioh. 1, 1. 2. qui per λόγον in Euang.  
 Ioh. 1, 1. abstracti quid intelligendum esse, censem.  
 Esto enim, illum locum parallelum huic quodammodo esse:  
 quid obstat, quo minus utroque loco de Concreto sermonem  
 esse, statuamus? Quid? quod in ipso illo priore loco inest  
 aliquid, quod de concrero potius, quam de abstracto, cogi-  
 tare suadeat.

Paulo durius quippe verba illa (1 Ioh. 1, 2.): *Ητις ἡν*  
*προς τὸν πατέρον*, interpretari coguntur, qui cum Gro-  
 dio, Zachariae aliisque *ζωὴν αἰώνιον de vita vel beatitate*  
*aeterna non de auctore ζωῆς αἰώνιας accipiunt.* Nec pug-  
 nant cum nostra sententia verba (v. 1.) *Ἄπ' αρχῆς*, quae  
 certe

si attributum aliquod Dei , vel manifestationem eiusdem , vel denique euangelium voce λογος de-notari , sumatur. Sed idem verborum contextus , qui λογον de concreto quodam accipere suadet , λογον quoque ab eo , qui in secundo v. 1. enuntiato ὁ Θεος , et alibi πατηρ dicitur , non nomine tantum , vel logice differre , non obscure docet. Quamuis enim verba: Θεος ην ο λογος , quomodo cunque etiam vocem Θεος interpreteris , pro Divino subiecto habendum esse eum , qui λογος dicitur , apertissime declarant ; tamen discriminis etiam realis inter λογον eumque , qui in secundo v. 1. enunciato ὁ Θεος , et alibi (v. 14. 18. I Ioh. I, 1, 2.) πατηρ appellatur , satis clara significatio in iis maxime , quae antecedunt , verbis inest. Et illud quidem nemini facile , verba: ο λογος ην προς του Θεου legenti , in mente

certe nec ponere nec excludere aeternam existentiam , fatendum est. ( cf. Pf. XCIII. 2. et ven. STORR. L über den Zwek der evang. Gesch. Iohannis p. 385) Sed si vel maxime largiamur , του λογον της ζωης I Ioh. I, 1. doctrinam ζωσιεσται h. e. euangelicam , ζωην autem (v. 2.) felicitatem aeternam esse , illud tamen iure nostro negare posse nobis videmur , utriusque loci contextum ita similem esse , ut , quae vni conuenit , vocis λογος significationem ad alterum statim transferre liceat.

tem venire poterit, vocibus λογος et ο Θεος in illa enunciatione idem plane subiectum logicum notari. Quis enim non summae insolitatis iure meritoque accuset ita v. g. de Petro Apostolo locutem: Σιμωνης προς Πετρον? At nec logice tantum, non mera relatione externa vel cogitandi ratione λογον Θεον ab eo, προς ον erat, a Deo patre discernendum esse verissimum est. Etenim tum quoque, si quid video, et inepte<sup>26</sup> et nimis obscure locutus esset Iohannes, si eundem illum, προς ον τον λογον fuisse (cum quo versatum, vel intime coniunctum λογον esse) assertit, vel quatenus<sup>27</sup> intellectu aliae quadam proprietate praeditus est, vel quatenus operibus fe-

26) Inepta prosectorum atque inconcinna essent huiusmodi enuntiationes: Euangelii Iohannis auctor cum Iohanne Zebedaei filio; Hungariae Rex cum Imperatore Romano-Germanico; Newtonus, quatenus ingenii acumine pollebat, cum eodem, quatenus religionem colebat, versabatur, vel coniunctus intime erat.

27) Vocem λογος ita reddere: Deus qua λογινος (qua intellectu praeditus), hoc etiam vetat, quod, sumto hoc, nulla plane probabilis ratio excogitari potest, cur Iohannes, λογον εν αρχη προς τον Θεον fuisse, tam grauiter assertaveretur?

se (*τα αρχαία άντες*<sup>28</sup> manifestauit, vel quatenus  
in homine Iesu proprię vim<sup>29</sup> suam exeruit etc.  
per λογον intellexisset. Verum igitur et reale  
(non nominale tantum vel logicum) discrimen  
inter Θεον Λογον, eumque, qui in secunda v. 1.  
enunciatione ο Θεος, alias Πατηρ vocatur, inter-  
cedere, ea ipsa, quae v. 1 - 3 de λογω enuntian-  
tur, satis clare ostendunt. Quod confirmari  
etiam iis, quae subsequuntur, v. 9. seqq. maxi-  
meque v. 14. 18. c. v. 1 - 3 comparanti facile  
patebit. Et concretum quidem, non abstra-  
ctum quoddam λογον esse, tum ea, qua το φως  
το αληθινον (hoc enim ipsum λογον esse, e colla-  
tione v. 9. 10. cum 1 - 5 perspicuum est) descri-  
bitur (v. 10 - 12)<sup>30</sup> ratio, tum illud: Ο λογος

σαρξ

28. Hac interpretatione sumta, et verba: ο λογος ην προς  
τον Θεον, inepta atque obscura; er, quae sequuntur:  
Θεος ην ο λογος, otiosa et superuacanea essent.

29. Huic sententiae, quam nuper demum auctoꝝ libelli: *Kurze  
Revision der wichtigsten christlichen Religionslehren in Apho-  
rismen* (p. 8. seq.) defendere conatus est, praeter verba:  
ο λογος ην προς τον Θεον, hoc etiam obstat, quod v. 3.  
per λογον omnia facta esse dicuntur.

30. Ο νομος ΑΥΤΟΝ εη εγω — οι ιδιοι ΑΥ-  
ΤΟΝ & παρελαβον — εδωκεν εξεσται τηνα Θεο-  
γενεδαι, τοις πισευσοιν εις Το ΟΝΟΜΑ ΑΤΤΟΥ.

*ταρξ εγενετο* <sup>31</sup> (Logos homo factus est) non obscure significat. Quomodo enim haec ad attri-  
bu-

31. Ipse S. R. TELLERVS in *Antithesibus, Harwoodianis commen-*  
*tationibus praemissis*, (Berlin 1774.) p. Ll, fatetur, durum  
*esse*, in formula: *ο λογος ταρξ εγενετο*, *λογον* per vim  
*Divinam explicare.* Esto vero, ex orientali loquendi  
*vsi illud Σαρξ εγενετο* de vi Diuina exuntari posse (quam-  
*uis* desint huiusmodi loquendi rationis exempla); inepte certe  
*meo* quidem iudicio Iohannes Christum, quatenus gloria Di-  
*vina fulgebat, igitur, quatenus λογος in ipso inerat, tan-*  
*quam μονογενη a patre distinxisset, si per λογον ipsam pa-*  
*tris vim Diuinam intellexisset.* Nec est, cur obiicias, verbis  
*illis: ο λογος ταρξ εγενετο, ενεργειαν tantum vel acti-*  
*onem Diuinae virtutis in homine Iesu talem, qualis in pro-*  
*phetis et Apostolis erat, significari, adeoque recte Chri-*  
*stum, non ut vulgarem modo hominem, sed ut λογω etiam*  
*adiutum, a patre discerni.* Etenim tum demum (\*) cum  
*Iesus Christus in terris his appareret, ο λογος ταρξ γενεθλι-*  
*a Iohanne dicitur, neque unquam, vbi de Propheta aliquo*  
*vel Apostolo sermo est, formula ista usurpatur.*

\* Cur de Christo proprie hoc afferat Iohannes, omnium  
*minime, I (quod obiter tantum monendum puto)*  
*explicare posse mihi videntur, qui Philonianas*  
*Apostolo de λογω notiones commendant.* Etenim  
*ex Philonis sententia non ad Prophetas tantum,*  
*sed ad alios etiam homines transferti posset illud:*  
*ο λογος ταρξ εγενετο.* Nempe *cuiusvis ho-*  
*minis animum e Diuina natura, vel proprie ex*  
*mente Diuina (εν της λογιης δυναμεως)*  
*decepit esse*, Philo statuit. Sic in Tr. περι

butum aliquod Diuinum, vel simile quid, trahere possis, nisi durissimam prosopopoeiam, a Iohannis loquendi vnu alienam, eidem affingas, equidem non video. De transformato autem in personam vel substantiam intellectu Diuino, praevante Philone, vel cogitasse vel somniasse potius Iohannem, ne ab eo quidem <sup>32</sup>, qui Diuinam Apostolo auctoritatem prorsus abiudicat, probabili ratione defendi posse, existimo. *Concretum* igitur quoddam vocibus *λογος* (v. 14. et 1.)

et

*τὰς Θεοπεμπτὰς ειναι τὰς οὐειράς* (oper. Phil. ed. Turneb. et Hoechel. p. 570.): *εν αυθρωπώ,* inquit, *νας αποσπασμα Θείου αν,* παι μαλισα πατα *Μωσῆν λεγοντα.* *Ενεφυσησεν εις το προσωπον αυτών &c.* cf. etiam Tr. *περιτηγε Μωσεως ποτμοποιιας* p. 33. ed. cit.

32. Quam temerarium vniuerso atque in Iohannem iniurium sit, huic Philonis phantasiam, Philonis cogitandi sentiendique rationem tribuere, accuratior Iohanneorum et Philonianorum scriptorum comparatio clarissime docet. Sed ea ipsa etiam loca, e quibus, Philonem, nescio quo phantasias lusu deceperum, forte etiam Platonis exemplo, et iusto subtiliore loci Prov. VIII, 22 sq. interpretatione duclum, de transformato in personam vel substantiam a Deo dissimilat attributo quoddam Diuino somniasse, non immerito suspiceris, tantum a Iohanneis discrepare mihi videntur, vt, quo iure insulsa illa opinio ad Iohannem transferri possit, plane non intelligam.

C

et φως (v. 9. 4.) ab Apostolo designari, satendum est. Esse autem illud et *diuersum realiter*<sup>33</sup> a *Deo Patre*, et *tandem*, quae Christus dicitur, personam, versus 14. et 18. satis aperte declarant. Etenim verba v. 14.: Εἴσασθαι τὴν δόξαν αὐτῷ δοξαν ως μονογενεῖς Vidimus eius λογος scilicet, qui σαρξ εγενέτο, maiestatem, qualis esse debebat in filio unigenito), dubitare non sinunt, τον λογον hominem factum et τον μονογενην εναντιον eandemque personam esse. Iam vero o μονογενης, <sup>34</sup> *Diuina* *maie-*

33. Qui Deum, vel quatenus intellectu praeditus est, vel quatenus cum homine Iesu coniunctus erat, per λογον intelligunt, ipsa etiam verba: Ο λογος σαρξ εγενέτο, non satis commode explicare posse minni videntur. Posteriore enim sensu si vox λογος accipitur; identica plane erit illa enunciatio: Ο λογος σαρξ εγενέτο. Prius autem si sumatur; cur intellectus tantum Diuinus in homine Iesu se exeruisse, dicatur, non perspicuum est.

34. Τον μονογενην, non ut hominem seorsum a λογω spectatum, sed ut coniunctum cum eodem, a patre discerni, ex eo patet quod δόξα illa, quam spectasse dicuntur Apostoli, profecto non homini Iesu, seorsum a λογω considerato, tribui poterat, (cf. Ioh. V. 17. 19). Similiter v. 18. Christum non ut sciunctum a λογω spectari, ex verbis: Ο αυτον κολπον της πατρος, quae nimirum filii cum patre familiaritatem declarant, tum ex consilio scribentis colligi potest. Sine dubio enim propositum erat Iohanni, revelationem a Christo profectam commendare, eximiāmque eius praestantiam ostendere.

*maiestate praeditus*, et in eodem <sup>35</sup> versu, et <sup>36</sup> v. 18. ita a patre distinguitur, ut de mero nominali vel logico discriminine cogitare non possit, nisi qui <sup>37</sup> inepte Apostolum locutum esse, temere sumat. Cogitur ergo, *Logon* etiam, licet Diuina gloria fulgentem, realiter tamen ab illo Diuino subiecto, quod πατηρ dicitur, diuersum esse. Eundem vero *Iesum Christum* esse, tum ex eo, quod v. 14. cum Apostolis versatus esse, iisque gloriam suam conspicendam praebuisse,

dici-

dere. Iam fac, per filium unigenitum intelligi Christum quam hominem a λογῳ sciundum, vel, si malis, quam hominem miraculose conceptum; quomodo, quaeſo, haec appellatio commendandae Christi doctrinae inferuit? Num, quia homo erat, isque miraculose conceptus, meliora nos Mose vel Io-  
hanne baptista docuisse existimandus est?

35. Sive verba παραπατηρος ad μονογενης, quod probabilius est, sive ad δοξαν referas, του μονογενην vel λογον a pa-  
tre discerni, manifestum est.

36. O μονογενης dicitur esse εις του ιολπον τε πατηρος  
(intime cum patre coniunctus) cf. Grotii Annos. ad h. l.

37. Non minus inepte, ac si quis diceret: Cicero qua orator εν ιολπω Ciceronis qua consulis; vel auctor Aristotelici or-  
gani εν ιολπω praeceptoris Alexandri Magni erat, &c. cf.  
not. 26.

C 2

dicitur, tum ex v. 15. <sup>38</sup> et 7. 8. II. 12. <sup>39</sup> lumenissime apparet.

Sed loquendi etiam usum non obstat, quo minus vox λογος eo, quem contextum flagitare hactenus vidimus, sensu accipiatur, facile demonstratu est. Quamuis enim proprie vocabulum illud abstracti quid significet, tamen idem etiam de concreto usurpari potuisse, dubitare vix poterit, qui apud Hebraeos maxime et Hebraeo - graecos scriptores solemne esse meminerit, abstractorum nomina cum concretis communicare. Quale autem concretum voce λογος vel potuerit denotari, vel denotatum sit, tum ex analogia Sermonis Hebraici, tum ex Graecorum Iudeorum scriptis, non difficile est definire. Et analogiae quidem linguae Hebraicae, quam et Graecos V. T. interpretes et N. T. scriptores secutos esse constat, consentaneum erat, nomen λογος vel uniuersel ad

fi

**38. Ιωαννης μαρτυρει περι αυτων.**

39. Dicitur: το Φως (quod ipsum λογον esse, supra demonstratum est) is fuisse, de quo Iohanni testimonium perhibendum esset, (v. 7. 8.), quem or iδιοι & παρελαβον &c. Quae omnia nonnisi in Christum cadere, clatum et perspicuum est.

significandam intelligentem naturam <sup>40</sup> (λογω  
praeditam), <sup>41</sup> vel proprie ad designandum eum,  
qui, vel suo vel alieno nomine <sup>42</sup> loquitur (λογε  
edit), vel doctrinae <sup>43</sup> cuiusdam auctor est, vel qui  
promissus <sup>44</sup> est, adhibere. Philonem vero non  
eum tantum, quem eminentiore sensu τον λογου  
Θειου, vel τον πρεσβυτατον λογου πρωτογονου αγγελου  
πρεσβυτατον, αρχαγγελου, τον ερμηνεα τε Θεας etc.  
appellat, sed omnes etiam vniuerse mentes, an-  
gelicas aequae ac humanas, utpote επ της λογινης  
τε Θεα δυναμεως απορριψισας δυναμεις nomine λογο  
in signiuisse, e compluribus locis <sup>45</sup> colligi potest.

Si-

40. 41. cf. S. R. STORRII obseruationes ad analogiam et  
syntaxin Hebraicam Tub 1779. p 79. 17. 236. E. N. T.

41. cf. 1. Ioh IV, 16. 2. Petr. I, 17.

42. cf. ψ. CIX, 4 et ven. STORRII Observ. p. 15.

43. cf. 1 modo cit. et Ioh. I, 4-5 XI, 25 XIV, 6. 1 Cor. I, 30 &c.

44. cf. Ven. STORRII Obs. p. 19 et S. R. CRAMERI comment,  
über den Anfang des Evangelii Johannis in Beyträgen  
zur Beforderung theologischer Kenntnisse I. Th. (Kiel und  
Hamburg 1777.) p. 228. sqq.

45. In 1. περι τε Θεοπεμπτες ειναι τες ονειρες (p. 584. sq  
ed. Hoeschel.) Philo; Ο Θειος τοπος, inquit, και η  
ιερα χωρα πληρης ΑΣΩΜΑΤΩΝ ειναι. ΨΥΧΑΙ  
δε εισιν αθανατοι οι ΛΟΓΟΙ ουτοι. Cum quo loco  
ad quem certe dubium illud, a S. R. CRAMERO (l. cit.  
p. 223.) motum, transferri non potest, cf. p. 583. A. et  
περι αποκηκης p. 415. A. &c.

C 3

Similiter sapientiae auctorem per λογον illum, de quo C. XVIII, 15. verba facit, Angelum quendam<sup>46</sup> (forte eundem, quem Philo του λογου Θεου vel Αρχαγγελον dicit) intellexisse, valde probabile est. Iam quaenam ex iis, quae modo allatae sunt, vocis λογος significationibus, Iohanneo nostro loco aptissima sit, equidem non ita exploratum habeo, ut sine illa dubitatione definire ausim. Putem tamen, eorum sententiam, qui vocabulo illo vel interpretem<sup>47</sup> aut legatum Divinum, vel auctorem doctrinae<sup>48</sup> euangelicae designari censem, hoc nomine preferendam esse, quod et cum Ioh. I, 18. egregie consentit, et, sumta ea, facilissime ratio reddi potest, cur Iohannes Christum, prout a patre distinctus est, λογον appellauerit. Ceterum per se patet, reliquas etiam, quae ad concreta spectant, vocis λογος significationes eiusmodi esse, ut cum ea certe, quam ex contextu Iohanneo erimus, notione facile conciliari possint.

## §. VI.

46. cf. Ven. SCHLEVSNERI *Spicileg. Lexici in interpretes Gr. V. T. maxime apocryphos* p. 75.

47. cf. Ven. STORR ueber den Zweck d. evang. Gesch. Joh. p. 49.

48. cf. S. R. DOEDERLEIN *Instit. Theol. Christ. P. I.* p. 317. edit. 1.

## §. VI.

Vidimus, subiectum illud Diuinum, quod et *λόγος* et Christus dicitur, ita a Iohanne Apostolo describi, ut realiter a patre differre, existimari debeat. Sequitur iam, ut ostendamus, non ita Christum, ex Iohannis aequae ac Pauli sententia, a patre differre, ut *minor i tantum sensu* Deus, ut *ανθρώποις τελος* *οὐοιςτος* tantum patri, vel aequalis quidem huic dignitate et perfectione, at diuina etiam numero naturae sit. Iohannem igitur Logo suo summae Deitatis societatem tribuere, vel ex hoc colligi posse existimauerim, quod eundem non *εν αρχῃ* tantum (ante, quam mundus conderetur, vel sub ipsis iam mundi natales<sup>49</sup>) *προσ τον Θεον* fuisse, sed ita etiam

προς

49. De sensu formulae: *εν αρχῃ* cf. GROTHI Annot. ad h. 1 et S. R. SEMLERI Paraphr. Euangeli Iohannis, nec non S. R. STORR. über den Zweck d. evang. Gesch. Ioh. p. 432. sqq.

Quam apta autem ad scopum Apostoli illa descriptio Christi: *Εν αρχῃ γνωσθειν*, sit; vel ex hoc patet, quod antemundana (si ita loqui fas est) h. e. aeterna existentia in V. T. Iehouae tantum tribuitur (cf. b. ZACHARIAE Bibl. Theologie P. I. p. 252. sqq.) sed ad Cerinthianos etiam respexisse videtur Apostolus, quos quidem aeternam Aeoni Christo existentiam negasse suspicor. Nam et *emanationem* quandam coelestium spirituum ex Deo sumtam esse a Cerintho, verissimum est:

C 4

et

*προς τον Θεον* fuisse asserit, vt ipse ΘΕΟΣ esset. Authentiam enim verborum: Θεος ην ο λογος, negare, et cum San. Crello<sup>10</sup> vel Bahrdtio de lectione mutanda cogitare, quid est aliud, quam euidentissimis testimoniiis refragari, et gravissimis auctoritatibus meram coniecturam auctoritate prolsus destitutam opponere?

Vocem autem Θεος non de summo, sed de inferiore Patre Deo accipere, hoc maxime vetat, quod, cum vox illa sere semper in N. T. de<sup>11</sup> summo Deo usurpetur, Iohannem eadem sine vlla minutioris sensus<sup>12</sup> significatione sensu minu-

et ceteros omnes, qui emanationis systema quounque sensu amplectentur, in eo consenserunt, vt earum, quaes ex Deo emanauerint, naturarum nullam ab aeterno fuisse statuerent, tum ipsa emanationis notio probabile efficit, tum historicis etiam argumentis euinci potest.

50. Illum mera coniectura (cf. *Initium Euangeli S. Iohannis Apostoli restitutum per L. M. Artemonium P. I. C. I. seqq.*) ΘΕΟΤ pro ΘΕΟΣ substituisse, hunc (*in Neuesten Offenbarungen*) lectionem: Θεος ην ΚΑΙ ο λογος, finisse, satis notum est,

51. cf. Ven. STORR ueber den Zweck &c. p. 454, seq.

52. In articuli absentia nullam minutioris sensus significacionem inesse, vel ex hoc patet, quod Ioh. 1, 6. 18., ubi de summo Deo sermonem esse, Vnitariani etiam concedunt, pariter articulus omittitur. cf. *Artemonius Init. Euang. Ioh.* p. 342.

minutiore usum esse, quam maxime improbatibile est. Quis enim credat, Iohannem, Iudeum nempe et Apostolum, vbi de summi Dei honore agebatur <sup>13</sup> tam ambigue atque obscure locutum esse, ut verbis eius ii praesertim lectores, qui a gentilium sacrī ad Christiana transierant, ad nouum quoddam idoliolatriæ genus induci facillime possent? Omnem vero dubitationem tollere videtur, quod v. 3. et 10. addit Apostolus: ΠΑΝΤΑ ΔΙ ΑΓΙΟΥ ΕΓΕΝΕΤΟ, ΚΑΙ ΧΩΡΙΣ ΑΤΤΟΥ ΕΓΕΝΕΤΟ ΟΥΔΕ ΕΝ ΟΤΕΡΟΝΕΝ — Ο ΚΟΣΜΟΣ ΔΙ ΑΤΤΟΥ ΕΓΕΝΕΤΟ. Quae verba quam vim habeant ad

pro-

53. Notatu dignum omnino est, quod SAM. CRELLIVS hanc ipsam ob rationem titulum Dei Christo nullibi in Scriptura expresse tribui, aut nullibi tribui existimandum esse afferat. Quo maior seilicet, inquit, (!nit. Ev. Ioh. p. 295.) Christus omnibus aliis Diis (patre excepto) a sacris scriptoribus habetur, eo minus Deus expresse appellandus fuit, ne pro ipso summo Deo, qui solus est pater, haberetur. Christus etiam in terris adhuc agens, instar ipsius Dei omnipotentis, solo dicto et aliquando unico verbo creaturis — imperabat, . . . Si itaque Deus a scriptoribus sacris expresse vocatus, et non semper Deo contradistinctus fuisset, ipsi scriptores ansum imprudentibus hominibus, eum pro ipso summo et altissimo Deo habendt, praebuissent.

C 5

probandam ομοσιαν Christi cum patre, ita ostendemus, ut primum creationem uniuersi Christo a Iohanne, consentiente etiam Paulo, tribui; deinde ex hoc illud confici euincamus, esse illum ex Apostolorum doctrina eminentissimo sensu Deum, eiusdemque cum Patre (non specie, ut loquuntur, sed numero) εσιας dignitatisque Divinae participem.

## §. VII.

Iohannem Christo v. 3. et 10. creationem uniuersi adscribere, tum usus loquendi et contextus, tum scopus etiam, quem propositum sibi habuisse Apostolum probabile est, dubitare non sinunt. Nimirum et illud παντα v. 3. de omnibus uniuerso, quae εσεντο, sineulla limitatione accipiendum esse, ex posteriore eiusdem v. hemistichio intelligitur, in quo Apostolus omnem scilicet exceptionem remoturus, quod in priore affirmatur, ex Hebraici sermonis consuetudine, <sup>54</sup> oppositi negatione explicat; et vocem εσεντο v. 3. et 10. idem valere, quod: *Facta, orta, creata sunt*, nec ad nouam aliquam creatio-

<sup>54</sup> cf. GROTHI Annot, ad h. I.

tionem vel physico<sup>55</sup> vel morali<sup>56</sup> sensu trahi posse, constans loquendi vsus docet. Etenim nunquam plane vocem *yvesdai*<sup>57</sup> vel a Graecis

V.

55. SAM CRELL, verba v. 10. ο κοσμος δι αυτου εγενετο, ita interpretatur (in Init. Ev. Ioh. p. 541.): Mundus; qui iam tunc propter Adami et posterorum eius peccata uniuersus interieritrus et moriturus ac destruendus erat, per eam lucem ac vitam ab interitu praesentissimo liberabatur, noua mundi duratio constituebatur, et tempora mundi prolongabantur. cf. p. 450. seqq. et 603. seq. Sed praeterquam quod in usitatum plane voci *yvesdai* sensum tribuit; ipsa etiam hypothesis, qua ad explicandum et hoc et alia quedam dicta vtiatur, eiusmodi est, ut nec clara s. litterarum testimonia, nec aliis generis argumenta querenti probari posse videatur. Quis enim, quaeso, descientibus prorsus certis vel historicis vel physicis indicis, credat, eo proprio tempore quo Christus apparebat, in eo fuisse, ut terra (p. 603.) in antiquum chaos dilaberetur?

56. Emendationem hominum doctrina Christi esse tam per illud εγενετο v. 10. intelligunt Faustus Socinus (in explicat, primae partis primi capituli Euangelistae Iohannis; Bibl. fratrum Polon. T. I. p. 81. seq.), IONAS SCHLICHTINGIUS (in Commentar. posthum. Irenop. 1656. T. I. p. 9.) LUDOVICVS WOLTZOGENIVS (oper. omn. Irenop. 1656. p. 724.) aliquie.

57. Ipse Faustus Socinus, aliquique, qui cum sequuntur, tacite hoc fateri mihi videntur, cum ad probandam nouam, quam voci *yvesdai* assingunt, significationem hoc tantum argumento vrantur, quod et vniuerse Hebrei, quos imitentur N. T. Scriptores verbis simplicibus pro compositis uti soleant

V.T. interpretibus, vel ab Apostolis, vel a coae-  
vis scriptoribus de reformatione usurpari, in-  
ductione quadam ita probari potest, vt iustae  
dubitacioni locus nullus relinquatur. Qui au-  
tem cum Fausto Socino et vocem παντα v. 3.<sup>58</sup>

ad

soleant, et vox ητις ειναι etiam in N. T. aliquoties de noua  
creatione accipiat (Bibl. fratr. Polon. l. c.).

58. Vox omnia, SOCINVS inquit (Bibl. fratr. Polon. T. I. p. 80.)  
non ita simpliciter intelligenda est, vt ad mundana haec  
trahatur, sed ad negotium euangelii iam tunc publicati  
et recepti accommodari debet; quasi dicat Iohannes: Omnia  
noua haec spiritualia atque Divina, quae apud nos et in  
solo terrarum orbe facta conspicuntur, non aliunde ortum  
habent, quam a Iesu Christi euangelii praedicatione, Chri-  
stique opera et potestate sunt facta. Similiter IONAS  
SCHLICHTINGVS (Commentar posth. T. I. p. 6.): Intel-  
liguntur omnia ad euangelium et sic ad nouam creationem  
pertinentia, quae etiam tum adhuc erant recentia. Nec  
dissentit ab his SAM. CRELLIVS, ita (Init. Ev. Ioh. p. 538 sq.)  
versum tertium παραφρασων: Omnia, quae nobis saluans  
dis erant necessaria, quae euangelii exhibito et propa-  
gatio in mundo requirebat, per istam rationem vitae se-  
cundum illam Adamum siebant et impleban -r . . . Ne-  
que ratio ista nervis alienis mobile lignumerat, non mere  
passiuē sese habebat. — — — Nihil omnino eorum,  
quae in ipso et per ipsum agebantur ac siebant, absque  
eius consensu, voluntate et directione effectum fuit. Mirum  
omnino videri possit, quod CRELLIVS ad tertium versum  
non translatis illam, cuius not. 35. mentionem fecimus,  
hypothesin.

ad ea, quae ad Euangelium spectant, restrin-  
gunt, et illud *synewto* v. 10. nouam creationem  
eamque moralem significare statuunt, eorum  
sententiae hoc etiam obstat, quod Ο ΚΟΣΜΟΣ  
per Christum γεγονός dicitur. Etenim neque  
actiones ad euangelium pertinentes, neque emen-  
datos Christiana doctrina homines unquam in N.  
T. ποτενοι dici, in confessio est. Si quis vero sit,  
cui verba: ο ποτενος — *synewto*, hunc in modum  
interpretari placeat: Humanum genus uniuersum,  
vel maxima certe eiusdem pars in meliorem  
statum moralem translata per Christum est; is  
quomodo assertionem hanc vel cum historia,  
vel cum eo, quod sequitur, Apostoli <sup>59</sup> enun-  
tiato: Και ο ποτενος αυτον εκ <sup>60</sup> εγγω, conciliare  
possit,

<sup>59.</sup> Nexus secundae et tertiae enuntiationis hoc videtur requiri,  
ut eorum numero, qui in secundo enuntiato Κοσμος  
dicuntur, ii etiam comprehendantur, qui in tertio voce  
ποτενος denotantur. Obscurissime certe et satis inepte men-  
tem suam declarasset Iohannes, si hoc dicere voluisset: Alii  
homines in feliciorem statum per Christum translati sunt,  
alii fecerunt.

<sup>60.</sup> Vix monendum viderur vocem εγγω eo sensu, quo saepe  
Hebraicum עֲנָנוּ, accipendam adeoque non qualemcumque  
notitiam, sed cognitionem cum affectu coniunctam, vel vene-  
rationem et fiduciam, per eam intelligendam esse. cf. Ioh.  
XVII, 3.

possit, plane non perspicio. Si quid ergo loquendi usus, si quid contextus valere debet, ex Iohannis sententia universum per <sup>61</sup> Christum creatum, nec praeter Deum quicquam esse, quod non originem suam illi debeat, fatendum est. Quam quidem sententiam consilio etiam Apostoli §. IV. declarato, quam maxime consentaneam esse, facile intellectu est. Quis enim non videt, tum ad dignitatem filii Dei in clarissima luce collocandam egregie comparatam, tum Cerinthiano errori de Demiurgo a summo Deo eiusque filio Christo diuerso (cf. not. 15) e diametro oppositam esse eam, quae ex nostra interpretatione v. 3. et 10. continetur, assertionem?

### §. VIII.

Consentit cum Iohanne *Paulus*, qui Hebr. I.  
(vt ab hoc initium faciamus) Religionis Chri-  
stia-

**61.** Vocem δια v. 3. reddere: propter tum constructio cum Genitivo, tum oppositum χωρὶς prohibet. Dubitari igitur, cum de creatione sermo sit, non potest, quin efficiens causa notetur. Vtrum autem *principalis*, an *subordinata vel secundaria* intelligenda sit, deinceps videbimus.

stianae praestantiam ex auctoris illius dignitate<sup>62</sup>  
 (cf. Cap. I, cum II, 1-3.) demonstratus, et  
 nimis exilem Iudeo-Christianorum de Messia,  
 forte etiam nimis honorificam quorundam de  
 angelis<sup>63</sup> opinionem correcturus, tum alias  
 Christi

62. Paulum in hoc Cap. sibi proposuisse, eam tantum Christi  
 praestantiam demonstrare, quam hereditauerit, non, quam a  
 se ipso habeat, precario sumitur in *Catechesi Racouensis*  
 (Qu. 135. ed Oeder p. 227.).

63. Si sumere liceret, fuisse in ecclesia, cui epistolam inseri-  
 pam: προς Εβραις destinauit Paulus, qui superioris or-  
 dinis Angelos, vel praestantissimum certe ex his \*, regiminis  
 Diuini, immo ipsius creationis mundi aspectabilis socium  
 fuisse fingerent, Christo autem vel angelicam aliquam inferio-  
 ris ordinis naturam tribuerent, verainque humanitatem ab-  
 iudicarent, vel humanam quidem naturam adscriberent, sed  
 hanc ipsam ob causam Angelis eum longe inferiorem esse cen-  
 serent; nouam forte lucem acciperent, quae C. I, 2, 7 10.  
 maximeque C. II, 5-8. 14-17. dicuntur. Sed quicquid  
 de hac coniectura statuas; illud certe probabiliissimum est, Pau-  
 lum C. I. et II. ad eos respexisse, qui hoc nomine legi mosaicae  
 plurimura deferrent, quod per Angelos lata esse censeretur.

\* Philo certe λογον illum πρεσβυτατον, quem et  
 ιου (Dei) πρωτογονον (in Tr. περιγεωργιας p. 195.  
 ed Hoeschel.) et ΑΡΧΑΓΓΕΛΟΝ (in Tr. Τις ο των  
 Θεων πραγματων ηληφονομος p. 509.) vocat, ita de-  
 scribit, ut Deum ipso et in condendo mundo tanquam ορ-  
 γανων vsum esse (v. g. in Tr. Νομων ιερων αλληγοριας  
 L. II.

Christi p<sup>r</sup>a<sup>e</sup> Angelis praerogatiuas, tum hanc etiam v. 10. (coll. v. 2.) commemorat, quod ipsi aequ<sup>e</sup> ac Iehouae (Ps. II, 26.), coeli ter- raeque creatio tribuenda sit. Contineri autem hanc sententiam verbis v. 10.: Συ νατ αρχας κυριε την γην εθεμελειωσας, νατ εργα των χειρων σε εισιν οι γρανοι, vt planum fiat; primum vniuersitate v. 10. inesse aliquid, quod ad Christum spectet, deinde ita verba illa ad Christum referri, vt eum mundi crearem<sup>e</sup> esse declarant, ostendendum est. Atque illud quidem, si quid video, tum ex iis ipsis, quae v. 10-12. dicuntur, tum ex eorum cum antecedentibus et consequentibus collatione clariſſime patet, non posse, quae de γρανοις v. 10-12.

asse-

L. II. p. 79.), et in regendo vniuerso tanquam vicario uti (v. g. in Tr. περι γεωργιας p. cit.), clarissime doceat. Quam quidem opinionem, pluribus forte probatam, oppugnare si propositum erat Paulo; aptissima sane huic consilio erant, quae et C. II, 5. et C. I, 5. sqq. dicuntur. Nempe Messiam Apostolus ita et ηον Θεον sensu eminentissimo et imperantem vniuersi et creatorem mundi esse declarat, vt Angelis vniuerso tanquam ministris Dei eundem opponat. Quin immo iisdem plane verbis, quibus Iehouae in V. T. creatio vniuersi adscribitur, Christo eandem tribuit.

afferuntur, ad Angelos <sup>64</sup> trahi, omninoque versus illos non cum sequentibus, sed cum antecedentibus (v. 8. 9.) coniungendos esse. Esto enim per επανες Angelos intelligi posse: Esto, illos ipsos, quibus epistolam suam destinauit Paulus, eadem, quae apud sequioris <sup>65</sup> aeuī Iudeos reperitur, opinione de quotidiana Angelorum quorundam annihilatione, nouorumque creatione imbutos fuisse; quomodo, quaeſo, <sup>66</sup> insulsum hoc commentum, et sacris litteris (Luc. XX, 36.) et seniori philosophiae repugnans, ab Apostolo vel creditum vel confirmatum esse,

salua

**64.** De Angelis comma 10 - 12. interpretatur WETSTENIUS  
cf. *Nouum eius Testamentum* T. II. ad h. 1.

**65.** Loca quadam hic pertinentia assert WETSTENIUS  
ad v. 12.

**66.** Effugunt hanc difficultatem, qui cum Perill. Michaelis (in *Erklärung des Briefes an die Hebreer* P. I. ad h. 1.) in Angelorum locum *elementa coelastemque aetherem* substituunt. At in aliam incurunt, meo quidem iudicio haud leuiores. *Quis enim credat, (pace viri Perill. dictum sit) Christum in hoc Cap. cum rebus inanimatis comparari, eiusque dignitatem ab Apostolo ex eo probari, quod elementis terrestribus, immo ipso coelesti aethere, praestantior sit?* *Quis credat, nullum eorum, ad quos scriberet Paulus, nisi mente capitus esset, eo insaniae progressum esse, ut dubitauerit, an nobilioris naturae Christus, quam inanimae res, esset?*

D

salua Apostoli auctoritate existimari potest? At sumto etiam, quod equidem ne cum illa quidem veritatis specie defendi posse putem, de Angelis interpretari licere, quae de *εργασίαις* v. 11. 12. dicuntur, contextus certe obstat, quo minus v. 10 - 12. ab antecedentibus (v. 8. 9.) diuellantur, et cum iis, quae sequuntur, iungantur. Praeterquam enim quod in v. 10. nulla plane nouae Angelorum cum Christo comparationis significatio inest, quae certe, si v. 10 - 12. de Angelis intelligi voluisse Paulus, abesse vix potuisse; ea etiam, quae v. 13. de filio enuntiantur, eiusmodi sunt, ut non opponi illa iis, quae ex Wetstenii sententia v. 11. 12. de Angelis dicta sunt, sed his, quae sequuntur (v. 14.), respondere, manifestum sit. Statuendum igitur omnino est, versu demum 13. nouam Angelorum cum filio comparationem institui, versus autem 10 - 12. cum iis, quae antecedunt, arctissime connexos esse. Quod si ita se habet, alterutrum ex duobus sumi debet; aut ita ad Deum patrem referri verba illa: *νωτ αρχας εισιν οι εργασίαι*, ut plane non ad Christum pertineant vel transferriullo modo possint, aut ita accipienda esse, ut quodam certe sensu ad Christum

spe-

spectent. Iam prius saluo contextu, vel salua argumentationis Apostolicae vi, admitti non posse, facile probatu est. Ne enim dicam, satis obscure locuturum fuisse Paulum, si verba: προστον ην (v. 8.) sub initium v. 10. repeti noluisset; hoc etiam nomine eorum omnium, qui versum 10. de solo patre, excluso filio, valere putant, interpretationes reiiciendae sunt, quod vel arctissimum, qui inter, v. 10. et 11. 12. intercedit<sup>67</sup> nexus, violento modo tollunt,

vel

**67.** In *Catechesi Racionensi* (Qu. 135. p. 228. ed. Oeder.) sumuntur ea tantum, quae de *rerum creatarum abolitione* dicantur, ad Christum referenda esse, quod Deus coelum et terram per eum abolitus sit. Quo sumto, aut v. 12. subiectum orationis mutari statuendum, aut verba: ελιξεις αυτης in hunc sensum accipienda sunt: *Per Christum illa destrues* (proprie: conuolues veluti et cum abiicias, ut vestis, quae usui amplius non est, conuolui et abiuci solet). At neutrum, minimeque prius, nexus, quo versus 10 - 12. iunctos esse apparet, consentaneum est. Posteriori autem sumptioni hoc etiam repugnare putem, quod connexioni cum v. 7. omninoque consilio Apostoli, insignem Christi praे Angelis prærogatiuum demonstrandi, plane non satisfacere viderur. Quomodo enim, Christum Angelis, quæ ministris Dei (v. 7.) per quos ipso etiam insignes in mundo aspectabili mutationes effici, persuasum Iudeis erat, longe superiorē esse, ex eo probari possit, quod Deus per illum (tanquam ministrum scilicet) mundum destruturus sit; quomodo opponi sibi inuicem possint duo haec

vel v. 10. 12. cum antecedentibus inepta ratione  
connectunt,<sup>68</sup> et argumentationem nullo modo

pro-

enunciata: *Angelis ut ministris tantum Deus vivitur; at per filium* (pariter ministrum) *immutatus mundum est; equidem non intelligo.*

68. Anglus quidam, commentationis, in libro: *Der Brittische Theologe* (P. IV, Halle 1781, p. 204. seqq.) vernacula lingua exhibitae, auctor, (forte PRIESTLEY) totum illum locum, ex Ps. Gli. desumptum, ad solum Deum Patrem referendum, atque eo tantum consilio allatum esse ab Apostolo statuit, ut vel de incomparabili maiestate eius, a quo gloriam suam accepit Christus, admoneret lectores, atque ita dignitatem filii in clariore luce collocaret, vel ex aeternitate atque immutabilitate Dei aeternam regni Christi durationem probaret. At vtrum quis sumas, Apostolum non modo obscurissime loquentem, (cui enim, quaeso, sine praeconcepta opinione contextum Paulinum legenti, in mentem illa veniant?) sed inepte etiam argumentantem facis. Quis enim ex eo, quod a Deo aliquid accepit Christus, praestantiorem ipsum Angelis esse? quis ex eo, quod Dei minister primarius sit, Angelis eum, eiusdem Dei ministris, (v. 7-14), preferendum esse, colligat? Aeternam autem regni Christi durationem ex aeternitate atque immutabilitate Dei non magis, quam aeternam ερανων et γης durationem, effici posse, facile patet. Paulo vero misseram hanc argumentationem in mentem venisse, tanto improbabilius est, cum et in ipso hoc, de quo agitur, loco, salua immutabilitate Dei, res creatas immutari atque etiam interire posse, affirmet, et 1 Cor. XV, 24, seq. eam ipsam βασιλειαν quam Christus patri, aeterno illi et immutabili Deo, acceptam referat, redditum patri a filio iri, clarissime doceat.

probabilem Apostolo affingunt. Salvis igitur interpretandi legibus nec hoc negari potest, ad Christum quocunque sensu referendum esse illud: *καὶ αρχαὶ τὴν γῆν εἰσεμελιωσας, καὶ εργα τῶν χειρῶν σὺ εἰσιν οἱ ἀρχαῖοι.* Nec obstat nostrae sententiae, quod in Psalmo, e quo verba ista sumta sunt, de Messia proprie sermonem esse, probari non posse videatur. Quis enim dubitet, iure suo Apostolum, quae in Christum conuenire intellexit V. T. dicta<sup>69</sup> ad eundem etiam transferre potuisse? Versu sexto<sup>70</sup> certe, itemque octauo et nono de Christo loqui Paulum, nemo est, qui negare ausit; quamuis loca illa V. T., e quibus verba sua v. 6. 8. 9. mutuatus esse videatur Apostolus de Messia agere, vix firmiori argumento euinci possit, quam ea, quae Ps. CII. leguntur, in Messiam proprie ab auctore psalmi

dicta

69. Si veri summique Dei loco Christum habuit Paulus, rectissime sane ad hunc transtulit, quae de Deo vinuerse in V. T. dicta sunt.

70. Videretur Paulus (quod obiter tantum moneo) v. 6. formula ex V. T. mutua sumta, ad describendam rem aliquam, quae resurrectionem Christi subsecuta est, describere. Simili ratione versum quintum interpretari, eumque ad historiam Luc. III. 22. et Matth. XVII. 5. narratam trahere auderem, nisi verba καὶ πᾶλιν obstat huic interpretationi censerem.

dicta fuisse. Maneat ergo, ad eundem illum, ad cuius maiestatem describendam versus 8. et 9. pertinent, ad τον υου (v. 8.) ea etiam, quae v. 10. dicuntur, spectare.<sup>71</sup> Quonam autem sensu de illo accipienda sint, quidque v. 10. ipsi tribuatur, inquirentibus, primum haec se offert quaestio, utrum Christus in enuntiatione illa: Συ κατ αρχας etc. subiecti loco habendus sit, an pater tantum<sup>72</sup> per eum (vti SAM, CRELLIVS Init. Euang. Ioh. pag. 601. opinatur) effecisse dicatur, quae verbis: την γην εθεμελιωσας, denotantur? Et a doctrina quidem Pauli alienam non esse hanc sententiam: pater per filium την γην εθεμελιωσε ex versu secundo clarum et perspi-

cu-

71. Si cum b. ZACHARIAE (in Bibl. Theologie ed. 2. P. I. p. 459. sq.) sumas, locum ex Ps. Cll. allatum non proxime, sed remotorius tantum ad Christum spectare, utpote eo tantum consilio versibus 8. et 9. ab Apostolo subiunctum, vt vniuerle imperantem mundi esse non posse, nisi qui creator sit, moneantur lectors; consentis omnino nobiscum in eo, in quo cardo rei vertitur. Sed an satis aptus sit locus e Ps. Cll. citatus ad probandam generalem illam sententiam, equidem dubito.

72. Sumta etiam hac interpretatione, id, in quo argumenti nostri cardo vertitur, non tolli, facile intelligitur. Neque enim ex eo, quod pater per Christum την γην θεμελιωται dicitur, illud effici potest, ut verba: Την γην &c. de noua creatione intelligenda sint.

cuum est. Sed cum et nihil plane in nostro contextu insit, quod verba: *per Christum inserere vel iubeat vel suadeat, et ne consentaneum quidem sit, in alterum hemistichium: Εργα των χειρων σα εισιν οι ψρανοι, verba ista inferre; probabiliſſimum omnino est, versum 10. eodem plane modo, quo v. 8. et 9. ad τον γον referendum et per illud ΣΥ ΚΤΡΙΠΕ Christum intelligendum esse.* Quodſi vero de Christo enuntiari conſitendum est, quae v. 10. dicuntur, eundem etiam creatoris mundi elogio ab Apostolo ornari, ſaluo loquendi uſu<sup>73</sup> negari haud potest. Etenim formulam illam: *Την γην εθεμελιωσας — Εργα των χειρων σα εισιν οι ψρανοι aliasque similes*<sup>74</sup>

con-

73. Θεμελιων proprię significat, fundamenta ponere, deinde domum ipsam fundamentis iactis inaedificare. Utroque ſenu Deus terram fundasse dicitur. cf. in Alex. Vers. Pf. XXIV, 2. LXXXIX, II. CIV, 5. CXIX, 90. Iobi XXXVIII, 4. Prou. III, 19. Ief. XLVIII, 13. Li, 13. Zachar. XII, 1.

74. cf. Pf. VIII, 4. 6. &c.

75. Veluti formula ποιειν τον ψρανον και την γην Gen. I 1. Exod. XX, II. XXXI, 17. Nehem. IX, 6. Pf. XCVI, 5. CXXI, 2. CXXIV, 8. CXXXIV, 3. et ſexcentis aliis locis. Similiter formulae: Ετοιμαζειν, κτιζειν τον ψραν. και την γην; καταβολη (i. g. θεμελιωσις) κοσμος. (Hebr. IV, 3. &c.), aliaeque.

D 4

constanter<sup>76</sup> in S. litteris de prima, quam Mo-  
ses describit, creatione usurpari, neque vñquam  
ad significandam vel moralem emendationem vel  
talem, qualem Artemonius (l. cit.) fingit, (cf.  
not. 55.) nouam creationem transferri, indu-  
ctione quadam probari potest. Grotii autem in-  
terpretationi, verba εθεμελιωσας etc. ita expli-  
cantis: *Causa fuiſti, cur fundaretur terra, et*  
*propter te factum eſt coelum,* tum hoc, quod  
ipsa illa formula in S. litteris semper ad denotan-  
dam efficientem mundi causam adhibetur, tum  
hoc

76. Si qui sint, qui loca Ies. LXV, 17. et LI, 16. ad conuen-  
tendum id, quod posuimus, aliquam vim habere putent; ii  
non cogitare videntur, priore loco חַרְשֵׁה et לְנָטֶע addi, posteriore vero verba &c., si quidem genuina  
sint, de prima creatione intelligi posse. (cf. S.R. DOEDERLEIN,  
et WALTHER in Vers. Es. ad h. l.) Esto vero, Ies. LI, 16.  
formulam לְנָטֶע &c. ita usurpari, ut uniuersè mutationem  
aliquam insignem denotet; ceree hanc significationem ad lo-  
cum nostrum transferri, connexio versus 10. cum sequentibus  
verat. Fac enim, verbis: Την γην — — — οι γρανοι,  
generalem tantum hanc sententiam exprimi: *Insignem aliquam*  
*affecisti mutationem;* quomodo, quaeſo, iis, quae v. 10. di-  
cuntur, respondebunt, quaeſo, sequuntur: *Αυτοι απολεν-*  
*ται &c.?* Ne dicam verba: *κατ αρχας* aegre trahi posse  
ad euangelii initia.

hoc etiam,<sup>77</sup> obstat, quod nullus omnino existat locus, in quo, quod propter aliquem ita factum est, ut ipse nihil agendo ad id contulerit, εργον των Χειρῶν<sup>78</sup> vel vniuerse εργον<sup>79</sup> eius dicitur.

77. Accedit, quod, si Messias ut *merus homo* spectetur, mundus propter eum factus esse nullo modo dici potest.

78. cf. in Alex. vers. Deut. II, 7. IV, 28. XVI, 15. XXIV, 19. XXVII, 15. XXVIII, 12. XXX, 9. XXXI, 29. I. Reg. XVI, 7. 2. Reg. XIX, 18. 2. Paralip. XXXI, 19. XXXIV, 25. Iob. 1, 10. X, 3. XIV, 15. Ps. VIII, 6. IX, 16. XXVIII, 5. XC, 17. XCII, 4. CXI, 7. CXV, 4. CXXXV, 15. CXXXVIII, 8. Ies. II, 8. V, 12. XVII, 8. XXXVII, 19. LX, 21. LXIV, 8. Ier. I, 16. XLIV, 8. Thren. III, 64. IV, 2. Hof. XIV, 4. Hagg. II, 15, 18. — Quod autem רַע — עַל (vti ad v. 10. observat Grotius) Hebraeis et Chaldaeis etiam *propter* significatur, id quo iure ad eam, de qua agitur, formulam transferri possit, non video.

79. In iis etiam Iocis, vbi εργον alicuius esse dicitur, quod ad ipsum tantum morali sensu referitur, semper tamen actio quedam, qua quis ad efficiendam rem quoconque modo contulit, innuitur. Nunquam vero plane quod hominis alicuius, *non dum existentis*, nondum agentis, causa factum est, εργον ipsius vocatur. Si quis igitur praecurrentiam Christi neget; aut negare debet, (si quidem v. 10. ad Christum referat) quod Apostolus v. 10. affirmat, aut loquendi usum plane deserere. Si vero concedat; facile, credo, largierunt, nostram interpretationem, vt pote simpliciorem, et loquendi usui conuenientiorem, Grotianae praeferendam esse.

citur. Manifestum igitur est, *creationem mundi*, quae in Psalmo CII. Iehouae tribuitur, Christo a Paulo Apostolo adscribi.

### §. IX.

Confirmatur hoc loco Coloss. I, 16. 17. vbi Paulus filium Dei (v. 13) principem vel Dominum πατηγε ητισεως (v. 15.) esse, ex eo probat, οτι εν αυτῳ εντιωθη τα παντα, τα εν τοις εργαιοις και τα επι της γης, τα ορωτα και τα ακρατα, είτε θρονοι, είτε κυριοτητες, είτε αρχαι, είτε εξεπικαι etc. In eam autem sententiam haec ab Apostolo dici, vt Creatoris vniuersi elogio ornetur Christus, meo quidem iudicio, saluo loquendi vsu Paulino et contextu negari haud potest. Quamuis enim in confessio sit, voces ητισειν et ητισις aliquoties<sup>80</sup> (veluti Eph. II, 10. 2. Cor. V, 17. Gal. VI, 15) ita a Paulo usurpari, vt de translatione hominum ex deteriore statu in meliorem, s. de animi ipsorum emendatione euangelio effecta sermone

80. Prouocant ad haec loca IONAS SCHLICHTINGIVS (in Comment. in ep. ad Col. ad h. l.) GROTIUS, WETSTE NIVS, Anglicus auctor anonymus commentationis not. 68. citatae, aliique.

nem esse, ex adiunctis<sup>81</sup> pateat; tamē, quomodo haec significatio ad nostrum locum transferri possit, plane non perspicio. Etenim formulam: Τα εν τοις ψρανοις και τα επι της γης, τα ορατα και τα αορατα, de Iudeis et gentilibus<sup>82</sup> interpretari, usus loquen-

81. Vocem κτισειν vel κτισις, absolute positam, vnam in Paulinis scriptis de noua creatione usurpari, nondum probatum est. cf. S. R. STÖRR über den Zweck &c. p. 434.  
 82. Quae S. R. W. A. TELLERVIS (in Woerterbuch des Neuen Testaments ad vocem Himmel) ad probandum hanc formulam: Τα εν τοις ψρανοις και τα επι της γης significationem cum ex Philone, cum ex ipso Paulo afferat loca, ea eiusmodi sunt, ut nullam plane ad probandum vim habere mihi videantur. Quod enim Philo, ut ab hoc incipiam, in Τε περι μοναρχιας (sub initium L. II. p. 820.) “το μεν ανωτατω και προς αληθειαν ιερον Θεος του συμπαντας ιοσμον ειναι, dicit, ΝΕΩΝ μεν εχοντα αγιωτατου της των οντων γενικης μερος ΟΤΡΑΝΟΝ αναθηματα δε τας αξερας”; ex eo ne hoc quidem \* recte colligi posse putem, vocem ψρανος a Iudeis vniuerso ad significandum templum vel sanctuarium transferri consueuisse. Innumeras certe easque plane inusitatas vel ineptas etiam vel Graecis vel Hebraicis vocibus significaciones affingeret, qui de loquendi usu Iudaico vniuerso ex Philonianis allegoriis iudicare licere

exi-

\* Eodem sane iure ex verbis: Αναθηματα δε τας αξερας, colligi posset, vocabulo αξερας ad significanda etiam αναθηματα vios esse Iudeos.

quendi prorsus non patitur. Igitur verbis illis  
vel omnia vniuerse, quae mundus et visibilis et  
in-

existimaret. Nec magis perspicio, quomodo ad probandam  
vel confirmandam Telleri sententiam alter, ad quem prouo-  
cat, Philonianus locus (in Tr. περὶ γνῶματων p. 292.) fa-  
ciat. In hoc nempe Philo homines vniuerse ita dispescit, ut  
τας μὲν γῆς, τας δε ψανθ., τας δε Θεος αὐθιρω-  
πας ειναι dicat; additque: Γῆς μεν οι θηρευτικοι των  
σωματος ηδονων, απολαυσιν τε κατ χρησιν επιτη-  
θενουτες αυτων, κατ πορισαι των συντινοντων εις  
εκαστην: ψανθ. δε, οσοι τεχνιται κατ επισημονες  
και Φιλομαθεις &c. Quis autem, quaeſo, ex his verbis,  
in quibus Iudeorum et gentilium ne mentio quidem vlla fit,  
hoc effici sibi persuadeat, Iudeos suam gentem ψανθον,  
ceteras γην appellare consueuisse? Ad Philonem igitur fru-  
stra prouocant, qui in formula: Τα εν τοις ψανθοις κατ  
τα επι της γης Iudeorum et gentilium descriptionem con-  
tineri sumunt. Nec plus praesidii ab aliis scriptoribus Iudei-  
cis petere posse sententiae illius defensores S. R. KOPPE (in  
N. T. Vol. I. ad locum Eph. 1, 10.) luculenter demonstrauit.  
Paulino vero loco Eph. 1, 10., quem maxime virget S. R.  
Tellerus, ne conuenire quidem ea, quam post Schoettgenium  
et Lockium Tellerus sumit, interpretatio videtur. Etenim  
vox ανανεφαλαιωσαθαι (cf. Raphelius) de rebus tantum, non  
de personis usurpari solet. Consentaneam igitur est formulam  
Ανανεφαλαιωσαθαι &c. ita interpretari, ut haec sen-  
tentia sit: *Omnia negotia, hoc extremo tempore in celo terra-  
que gerenda, uni Christo commissa sunt.* Alio sensu verba:  
Τα επι της γης &c. Col. 1, 20. accipienda esse, contextus  
doceat. At nihil certe in contextu hoc inest, ex quo illud cogi-  
posuit,

inuisibilis complectitur, vel homines certe et angelos cuiuscunque ordinis <sup>83</sup> et dignitatis com-  
pre-

possit, per τὰ επὶ τῆς γῆς Ethnicos, per τὰ εν τοῖς εργασίοις autem Iudeos intelligendos esse. Omnia enim plana sunt atque expedita, si verba: Αποκαταλλαξαι — — εν τοῖς εργασίοις, de Angelorum et hominum communi Domino Christo subiectorum, noua ad se inuicem relatione interpremur. (cf. S. R. STORRII Dissert. in epist. ad Coloss. p. 16 Tub, 1786. p. 14. seq.) Omnius igitur temere a S. R. Tellerio alisque sumitur, formulam: Οὐρανος ειρηνη, vel: Τα εν τω εργασιαι &c, tum ab aliis Iudaicis scriptoribus tum a Paulo ad designandos Iudeos et gentiles translatam esse. Nostro autem loco κτισιν, de qua sermo est, ad Iudeos et ethnicos restringere, hoc etiam vetat, quod addit Apostolus: Τα ορατα και τα αορατα, είτε θρόνοι, είτε κυριότητες &c. Quomodo enim cum villa veritatis specie prior formula ad gentiles et Iudeos vniuerse, posterior ad ethnicos Imperatores et Iudeorum magistratus trahi possit, non video. Quis enim, quaeſo, (vt hoc vtar) Caligulam vel Tiberium a Paulo καινης κτισεως loco habitum esse, credat?

83. Iudeos, maximeque Essenos, contra quos C. II. in primis disputare videtur Apostolus, in definiendis variis angelorum nominibus ordinibusque male sedulos fuisse, satis constat. Sine dubio igitur verba Paulina: είτε θρόνοι, είτε κυριότητες &c. ad Iudaicas angelorum descriptiones respiciunt. Nec tamen Apostolus formula illa angelorum ordines subtilius ipse discernere, sed generalem tantum hanc sententiam exprimere voluisse existimandus est; Cuiuscunque ordinis Angeli, ne nobilissimis quidem exceptis, per Christum creati sunt.

prehendi, statuendum est. Quis autem credat a Paulo vel nobilissimos, qui in ciuitate Dei sunt<sup>84</sup> spiritus, vel malos Angelos, (quos emendatos per Christum esse, constanter negant Apostoli) eo sensu πτιθεντας per Christum dictos esse, quo Christiani Eph. II, 10. πτιθεντες εν Χριστω Ιησος, et Gal. VI, 15. (coll. V, 6.) παντη πτισι esse dicuntur? Quis credat, hoc sensu πτισι Angelorum per Christum ab eo asseri, qui Hebr. II, 16. diserte negat, Christum των αγγελων επιλαυβανεθαι? "At tollitur, inquis, haec difficultas, si illud επιτιθη in hunc sensum accipiatur, ut vniuerse mutatio quaedam insignior intelligatur." Atque illud quidem facile largior, per Christum mutationem aliquam non ad homines tantum, sed ad Angelos etiam pertinentem, effectam esse.

Sed

**84.** Quae SAM. CRELLIVS de Angelorum corroboratione in primo Christi aduentu inchoata, et in fine saeculi consumanda (Init. ev. Ioh. p. 594 seq 606, &c.) disserit, eiusmodi sunt, vt refellere ea, vix operae pretium esse videatur. Igitur breuiter tantum moneo, Artemonianae (p. 594. sq.) loci nostri interpretationi tum hoc, quod Paulus praeceptor (*εκτισαι*) vtitur, tum id maxime obstat, quod *ΧΤΙΣΙV* vniuerse de qualicunque in bono confirmatione accipere, loquendi vius, *ΧΤΙΣΙV* Angelorum autem de tali, qualis Eph. II, 10. &c. describitur, mutatione intelligere doctrina scripturaria prohibet.

Sed loquendi usui <sup>85</sup> N. T. consentaneum esse,  
generalem illum significationem vocabulo οὐτίς εἰν  
tribuere, iure meo negare posse mihi videor.  
Etenim ne vnum quidem vel in Paulinis scriptis  
vel

<sup>85.</sup> In Alexandrina etiam V. T. versione nullus, quantum equi-  
dem scio, reperitur locus, in quo vocem οὐτίς εἰν generali  
isto sensu accipi, probari possit. Nempe et Hebraicum בָּרָא  
et, quod huic frequenter in Alex. versione respondet, Grae-  
cum οὐτίς εἰν, vbi absolute ponuntur, plerumque idem va-  
lent, quod producere \*, vel efficere quocunque modo, ut,  
quod nondum erat, esse incipiat. Sic cœlum et terra,  
(mundus asperabilis, qualis inde ab illo tempore, de quo  
Gen. I, agitur, est, et ab hominibus conspicitur) et, quae  
iisdem continentur, οὐτισθαι vel בָּרָא (Pf. CXLVIII, 5.  
coll. XXXIII, 9. et Gen. I, 3. seqq. LXXXIX, 12. 47. Deut.  
IV, 32. &c.) dicuntur, quatenus, Deo volente, esse incep-  
runt. Nec aliam notionem vocibus בָּרָא et οὐτίς εἰν terem.  
XXXI, 22. Num. XVI, 30. Ies. LXV, 17. aliisque similibus,  
si qui sunt, locis, subiectam esse existimauerim. Ex iis autem  
locis, quibus consueta vocis οὐτίς εἰν vel בָּרָא significatio  
non satis apta videtur, veluti Ies. XLV, 7. Pf. CIV, 30. (vbi  
οὐτισθονται τω επειψοσι και εις του χεων αυτων επι-  
ερψειν) (v. 29.) opponitur, adeoque de noua productione  
vel generatione intelligendum est) hoc certe colligi non potest,  
οὐτίς εσθαι nonnunquam dici, quod quocunque modo im-  
mutatur.

\* Hoc sensu in Apocryphis etiam V. T. libris frequen-  
tissime usurparur vox οὐτίς εἰν cf. 3. Efr. VI, 13. Sap. I, 14.  
II, 23. &c. Nullus autem omnino in his libris prostat locus,  
in quo generalis illa mutationis insignioris notio vocis οὐτίς εἰν  
tribui probabili ratione posse videatur.

vel omnino in N. T. locum prostare, vbi *universæ mutationem* quandam insignem voce *κτισειν*  
vel *κτισις* exprimi, probabile sit, pro certo affir-  
mare ausim. Ne dicam, argumentationi Apo-  
stoli vim suam vix constare, si, Christum πρω-  
τονον πασης κτισεως esse, ex eo probari sumat-  
tur, quod mutationis qualiscunque in mundo vi-  
sibili atque inuisibili auctor sit. Cum igitur vel  
loquendi usus vel contextus, de impropria ali-  
qua vocis *εντισθη* significatione cogitare, non pa-  
tiatur; relinquitur, vt de *prima creatione*<sup>86</sup> il-  
lam interpretemur. Hanc autem ita Christo  
tribuit Paulus, vt primum praecipua rerum crea-  
tarum genera enumeret, eaque singula, coele-  
stia nempe et terrestria, visibilia atque inuisibilia,  
cuiuscunque<sup>87</sup> ordinis sint, per Christum creata  
esse, affirmet; deinde, quo grauius inculcat ge-  
nera-

86. Illud etiam non omissendum, quod vix locum aliquem vel  
in V. vel in N. T. reperire licet, in quo clarius verbis  
vel lehouae vel Deo Patri, creatio univerbi tribuitur.

87. Addere hoc eo consilio videtur Apostolus, vt obuiam eat  
nimis magnifica aduersariorum de angelis opinioni, et dehor-  
tetur ab illa Θρησκειᾳ των αγγελων, cuius C. II, 18.  
mentionem facit.

neralem sententiam, hoc subiungat: Omnia per illum <sup>88</sup> atque ad ipsius gloriam, (vel, ut ab ipso <sup>89</sup> penderent), creata sunt.

§. X.

Vidimus, creationem mundi filio Dei a Iohanne aequae ac Paulo clarissimis verbis adscribi: superest, ut ex hoc illud effici ostendamus, ut Christo *eadem numero vis ac perfectio infinita, quae patri, tribuenda sit.* Quod quamuis ex iis locis, ubi mundus per Christum factus esse dicitur, per se spectatis cogi non posse, facile largiamur; illud tamen iure nostro afferere posse nobis videmur, *salvo doctrinae scripturariae systemate* saluisque sanioris philosophiae decretis creatoris loco haberi non posse Christum, quin vnam eandemque vim Diuinam ad patrem et filium pertinere, concedatur. Nam et *vnum* tantum *summum Deum esse,* constanter planissimeque docent S. litterae, et mundum *vi summo Deo propria, non spiritus cuiusdam ipso inferioris eidemque subordinati virtute, productum esse,* tum *ipsius*

<sup>88.</sup> cf. Rom. XI, 36. 1 Cor. VIII, 6. vbi δι αυτος et εις αυτον de patre dicitur.

<sup>89.</sup> cf. S. R. KOPPE in N. T. ad locum Rom. XI, 36.

ipius S. scripturae auctoritate, tum philosophico etiam argumento confirmari potest.

Et doctrina quidem de *unitate summi verique Dei* vniuerso s. litterarum systemati ita intexta est, vt, salua illarum auctoritate nequaquam in dubium vocari nedum negari possit. Etenim Mosen aliosque V. T. prophetas totos in eo fuisse, vt Iudeorum animis sententiam de uno <sup>90</sup> Iehoua ut Deo colendo quam altissime infigerent, nemo profecto, nisi plane hospes ac peregrinus in V. T. libris sit, ignorat. Christum autem et Apostolos hanc doctrinam, cui tanquam fundamento superstruxa erat Iudaica religio, et probasse et confirmasse tum hoc argumento est, quod vniuersus Mosis et Prophetarum oracula, <sup>91</sup> aequae ac suam institutionem ad Deum tanquam auctorem referunt, tum diserta eorum verba (v. g. Matth. IV, 10. Marc. XII, 29. sq. Ioh. XVII, 3. 1 Cor. VIII, 4. sqq) <sup>92</sup> testantur. Quod si vero,

vnum

<sup>90.</sup> Veluti Deut. XIII, 2. seqq. Ies. XLIII, 10. XLIV, 6. 8. XLVIII, 11. &c. cf. b. ZACHARIAE Bibl. Theol. p. 1. ed. 2, p. 392. seqq.

<sup>91.</sup> v. g. Hebr. 1, 1. Act. III, 18. 21. 2. Petr. 1, 10. Ioh. X, 35. &c.

<sup>92.</sup> Christum et Apostolos de *eodem* Deo loqui, qui in V. T. *Iehoua* appellatur, loca Matth. IV, 10. coll. Deut. VI, 13.

Lu

vnum tantum Deum summum esse, confitendum est; profecto Diuinae patris *ovis* communio negari Christo, utpote creatori, non poterit, ut primum euicatum fuerit, *non nisi summum Deum* creatoris loco habendum esse. Restat igitur, ut, quibus rationibus hoc probari possit, videamus. Cum autem duplex argumentorum genus sit, ad confirmandam nostram sententiam pertinentium vnum eorum, quae a Philosophiae principiis accessuntur, alterum eorum, quae s. litterarum auctoritate nituntur; de viroque sigillatim dispiciamus.

### §. XI.

Primum igitur, si vel sensum communem vel cultioris rationis iudicium sequi velimus, non possumus non statuere, summam, quae cogitari possit, et plane incomparabilem perfectionem mundi huius conditori tribuendam esse. Quae enim maior concipi animo potest agendi potentia, quam illius, qui voluntatis suae <sup>93</sup> efficacia

in-

Luc. XX. 37. 38; coll. Exod. III, 6. 16, et VI, 2, seqq;  
Ioh. VIII, 41. 42. 54; coll. XVII, 3. dubitare non finunt.

<sup>93</sup>. Christum hoc sensu (quod obiter tantum monendum videtur) creatorem mundi dici, ex eo patet, quod et uniuersae creatio in s. litteris ita describitur, ut solo imperio, sola vo-

lun-

E 2

innumerabilem rerum multitudinem existentia<sup>94</sup> donauit, atque eo, qui consiliis ipsius consentaneus erat, ordine inter se iunxit? Quae intelligentia maior ea,<sup>95</sup> quae infinite multis innumerarum rerum combinationibus ac relationibus ad se inuicem distinctissime cogitandis par est? Quae denique bonitas et sapientia maior illa, qua tam admirabilis omnium rerum ad optimos fines, ad sentientium atque intelligentium naturarum felicitatem, cōcentus quasi et conspi-

luntate Diuina, quod nondum fuerit, productum esse doceatur (v. g. Gen. 1, 3. seqq. Ps. CXLVIII, 5. coll. XXXIII, 9. Hebr. XI, 3.), et Christo iisdem verbis, quibus lehouae in V. T. effectio mundi a Paulo adscribitur.

94. [Ex iis etiam, qui mundum non ex nihilo (vt aiunt) creatum, sed ex praeexisente quadam materia formatum a Deo esse, sibi persuadent, non pauci, maiorem ea vi, quae indigerenda atque exornanda materia sese exseruerit, cogitar nullam posse statuunt. At mihi quidem ne sumtio quidem illa admittenda videtur, cui, praeter alia, hoc maxime obstat putem, quod existentiae necessitas atque independentia, quantum eidem iudicare possum, cum formae mutabilitate conciliari nullo modo potest, cf. *fragmentarische Beyträge zur Bestimmung und Deduction des Begriffs und Grundzäses der Causalität, und zur Grundlegung der Nat. Theologie* Lipf. 1788. IV. fragm. 2.].

95. cf. cel. PLATNERI philos. *Aphorismen* p. I. p. 459. ed. nov.

spiratio effecta est? <sup>96</sup> Iam talem tantamque potentiam, intelligentiam ac bonitatem finito spiritui attribuere, quid aliud est, quam notiones <sup>97</sup> finiti et infiniti confundere?

Atque omnino haud scio, an infinita *De* perfectio vlo vel an sensum communem aptiori vniuerse stabiliori argumento euinci possit, quam eo, quod ab effectione mundi ducitur. Constituto autem hoc, auctorem mundi esse non posse, nisi qui infinita vi praeditus sit; alterutrum ex duobus sumendum est, aut vnius summi Dei virtute, quicquid praeter ipsum sit, creatum esse, aut conditorem mundi spiritum quendam esse a Deo discretum et seiunctum, inferiorem quidem ipso ab eoque pendentem, sed infinita tamen vi ac perfectione instructum. Iam

po-

96. cf. *A demonstration of the being and attributes of God by Sam. Clarke* Lond. 1706. S. XI. et *Physicotheology or a demonstration of the being and attributes of God from the works of nature* by W. Derham. Lond. 1714. - Ipse Harwood Logo ut conditori mundi infinitam potentiam, sapientiam et bonitatem tribuere videatur (cf. Harwoods *Vier Abhandlungen mit Antithesen und Erläuterungen* von D. W. A. Teller Berlin 1774. p. 109. seq.)

97. cf. *Lamberti Anlage zur Architektonic* II. B. p. 353. et *Sulzer i vermischt philos. Schriften* 1773. p. 337. seq.

posteriori admitti non posse, de individuali attributorum Diuinorum nexu cogitanti facile patebit. Siue enim existentiam <sup>98</sup> peculiaris realitatis loco habendam esse, cum Cartesianis et Leibnitzianis statuatur, siue <sup>99</sup> secus; saluis evidentiis.

**98.** Licet breuitatis causa existentiam necessariam, independentem atque aeternam E, potentiam autem, intelligentiam et bonitatem infinitam P, vocare. Nam in Deo E et P aratissime et necessaria quadam ratione inter se connexa esse, salua absolute necessariae naturae notione, negari non potest. Sed quomodo uniuscunq; nexus illum definias, illud efficietur, ut vniuersitate P ab E seipiis non possit. Atque illud quidem facillime intelligitur, si quis Ecum P in ea ratione esse statuat, ut ex hoc illud necessario sequatur, eum concedere oportere, vbi cunque P sit, nec E absesse posse. Sed tum quoque, P omnino diuelli non posse ab E, satendum erit, si rationem  $\tau\pi$  P, quod Deo tribuitur, in E contineri sumatur. Hoc enim posito, quoniam eorundem (si ita loqui fas est) rationatorum non possunt esse diueriae rationes (cf. cel. ULRICH Institut. Log. et Metaphys. lenae 1785. p. 329.), P illi naturae, in qua E inest, proprium esse, nec ad ullam aliam transferri posse, non magis dubitari potest, quam triangulis rectangularis proprium esse id, quod theoremate Pythagorico continetur. Quod vellet etiam, si nexus inter P et E intercedens eiusmodi sit, ut communis vtriusque ratio in tertio quodam X, pariter ad Diuinam naturam pertinente, insit.

**99.** Si existentiam dici non posse peculiaritatem realitatem, ab ipsis realitatibus, quae esse dicuntur, diuersam ac separatam cum Kantio aliisque statuas (quod quidem recte statui videtur); aut

con-

tissimis principiis, saluaque Diuinae naturae notione, negari haud potest, vim et perfectionem infinitam cum necessaria atque independente existentia tam arte coniunctam esse, ut cui haec abiudicetur, illa etiam abiudicanda sit. Relinquitur ergo, ut vi summo Deo propria, non spiritus cuiusdam ab ipso pendens ipsoque inferioris, virtute effectum esse mundum statuamus.

Quod quidem *sacrarum* etiam *litterarum* auctoritate confirmari haud difficile est probatu. Primum enim in *Vet. Testamenti* libris ea de Iehoua creatore tradita esse reperimus, quibus non possent non reverentes propheticorum oraculorum Iudaei in hanc sententiam adduci, ut praeter Iehouam nemini effectiōnem mundi tribuendam esse censerent. Referenda huc sunt tum illa loca, in quibus<sup>100</sup> Iehouae iis verbis  
coeli

concedis, vim Dei infinitam necessario inferre independentem existentiam, aut negas. Si hoc; tollis profecto ipsam absolute necessarię naturae notionem. Si illud; quomodo vim aliquam infinitam ab ea, quam Deo tribuimus, *numero tantam diuersam*, at dependenter existentem, sumere possis, plane non video.

<sup>100</sup>. Gen. II, 2. coll. Exod. XX, 11. Ies. XLIV, 24. Ier. X, 12. Ps. VIII, 4. Cll, 26. &c, iis verbis Iehouae creatio mundi ad-

coeli terraeque creatio tribuitur, vt et soli illi et immediatae ipsius actioni mundum originem suam debere dubitare non possent, si quidem prophetis fidem haberent, Iudei, tum ea oracula, quae Diuinam Iehouae maiestatem perfectionemque ita describunt, <sup>101</sup> vt eam ex rerum conditarum contemplatione facile cognosci posse, doceant. Nec parum roboris argumento, quod ex his locis duci posse videtur, ea addunt, in quibus planissime assertur, neminem plane praeter Iehouam esse, in quo fiduciam collocare licet, neminem, qui liberandis ab hostium potestate Israelitis par sit, neminem, qui futura praedicere valeat <sup>102</sup> et quae sunt alia his similia: Quae omnia profecto falsa essent, si praeter Iehouam fuisset spiritus aliquis, tanta vi et perfectione praeditus, quanta ad condendum mundum requiritur <sup>103</sup>.

Iam

adscribitur, vt mediatam tantum illius actionem a Mose et Prophetis significatam fuisse, plane non credibile sit.

<sup>101.</sup> Veluti Ps. XIX, 1. sq. Ies. XL, 26. &c.

<sup>102.</sup> cf. Ies. XLIII, 10. II. XLIV, 6. g. XLVIII, 11. &c.

<sup>103.</sup> Qui spiritum aliquem Deo subordinatum mundi conditorem esse sumunt, ne rationem quidem probabilem afferre post mihi videntur, cur ignorare id Iudeos in V. T. Deus vos luerit. Etenim agendi rationi, quam in educando populo

Irae-

Iam sublatam esse Christi et Apostolorum institutione veterum prophetarum devno Iehoua mundi creatore doctrinam, sumere profecto non potest, nisi qui Christi et Apostolorum effata, et, quae ab his ad Deum tanquam auctorem referuntur, instituta, ad religionem pertinentia, secum ipsa consentire negat. Posito enim hoc, quod planissime in N. T. asseritur, Deum Israeliticae religionis auctorem agnoscendum esse; Secum ipse profecto Deus pugnasse censendus esset, si dogma de vnitate creatoris, nec tempori nec loco certo adstrictum, tanto quasi impendio stabiluisset, stabilitum autem <sup>104</sup> noua reuelatione

euer-

Israelitico securum esse Deum constat, consentaneum omnino fuisset, ad eam etiam, qua in polytheismum ferebantur iudei proponsem, si salua veritate fieri potuisset, institutionem suam accommodare. Nec est, quod dicas, propterea tantum factum hoc non esse, quod verendum fuisset, ne ad gentilem polytheismum deiaberentur Israelitae. Nam sacrificia certe aliosque ritus gentilibus haud absimiles Israelitici legislatoris auctoritate comprobatos fuisse, satis constat.

104. Apprime huc faciunt, quae LESSINGIVS in Libro inscripto *Die Erziehung des Menschengeschlechts* 1785. p. 29. seq. differit. Ita autem ille: "Ein Elementarbuch für Kinder darf gar wohl dieses oder jenes wichtige Stück der Wissenschaft oder Kunst, die es vorträgt, mit Stillschweigen übergehen . . . . Aber es darf schlechterdings nichts

E 5

ent-

euertisset. Secum ipsi pugnasse Apostoli, existimandi essent, si iam Iudeorum de Diuina propheticorum oraculorum origine sententiam sua auctoritate confirmassent, iam ab iisdem postulassent, ut primarium quoddam religionis suae dogma, cuius vtique alia plane ratio, quam ceremonialium praceptorum, erat, missum facerent, cultumque creatori debitum ad spiritum quandam a Iehoua diuersum eique subordinatum transferrent. Omnium minime vero *Paulus* sibi constaret, si ex eius doctrina Christus qua creator mundi inferior patre habendus esset. Etenim Rom. I., 20.<sup>105)</sup> aeternam summi Dei<sup>106</sup> vim et maiestatem inde a creatione mun-

di

enthalten, was den Kindern den Weg zu den zurueck behaltenen wichtigen Stuecken versperre oder verlege. Vielmehr muessen ihnen alle Zugänge zu denselben sorgfältig offen gelassen werden; und sienur von einem einzigen dieser Zugaenge ableiten, oder verursachen, dass sie denselben spaeter betreten, wuerde allein die Unvollstaendigkeit des Elementarbuchs zu einem wesentlichen Fehler machen".

105. cf. b. ZACHARIAE Bibl. Theol. P. I. p. 178. seqq. et S. R. KOPPII Annot. ad h. 1.

106. De Tummo Deo loqui Apostolum, et clarissime ex iis, quae antecedunt et sequuntur (17. 18. 25.), intelligitur, et omnes, quos equidem noui, interpretes concedunt.

di ex operibus diuinis tam facile cognosci posse,  
affirmat, vt *αναπολογητοι* sint gentiles, qui vel no-  
titia Dei careant, vel pietatem cultumque ipsi  
denegent. Quod quidem effatum recte omnino  
se habet, <sup>107</sup> si ex Pauli sententia mundum *virtute*

*uni*

<sup>107.</sup> Non alienum videtur, e CRANZI *Historie von Groenland*  
(Nürnb. und Leipzig 1782. p. 239. seq). locum hoc transcri-  
bere, illustrando Paulino effato egregie inseruientem. Ita  
autem ille Groniae quendam incolam, Christianae doctrinæ  
notitia nondum imbutum rationatum esse ait: "Ich habe oft ge-  
dacht, ein Kojak mit dazu gehoerigen Pfeilen entsteht  
nicht von selbst, sondern muss mit Muehe und Geschick-  
lichkeit von Menschenhaenden gemacht werden; und wer  
es nicht versteht, der verderbt leicht etwas daran. Nun  
ist der geringste Vogel viel künftlicher als der beste Ko-  
jak, und niemand kann einen machen. Der Mensch ist  
noch weit künftlicher und geschickter, als alle Thiere.  
Wer hat ihn gemacht? Er kommt von seinen Eltern, und  
diese kommen wieder von ihren Eltern her. Aber wo  
kommen denn die allerersten Menschen her? Sie sollen aus  
der Erde gewachsen seyn. Aber warum wachsen denn  
nun nicht mehr Menschen aus der Erde? Und woher ist  
denn die Erde, das Meer, Sonne, Mond und Sterne ent-  
standen? Notwendig muss jemand seyn, der das alles  
gemacht hat; der immer gewesen ist und nicht aufhoeren  
kann. Derselbe muss unbegreiflich viel mächtiger,  
geschickter und weiser seyn, als der  
klugste Mensch; er muss auch sehr gut seyn,  
weil alles, was er gemacht hat, so gut, und uns so  
nützlich und noethig ist. &c.

*um summo Deo propria et conditum esse et regi*  
*ponamus. Quod si vero sumatur, eam actionem,*  
*qua mundus productus est, ab Apostolo spiritui*  
*cuidam vel finito vel summo certe Deo inferiori*  
*tributam esse; plane non apparet, quomodo*  
*cum aliqua veritatis specie affirmare potuerit,*  
*ethnicos tam facile ad summi Dei notitiam per-*  
*venire posse, ut, si vel ignorent illum vel ne-*  
*glicant, omni prorsus excusatione carere cen-*  
*sendi fint. Etenim qui finitam vim efficiendo*  
*regendoque mundo parem esse statuit; quo iure*  
*is ab hominibus, subtilioris philosophiae exper-*  
*tibus, \* nec nisi communem sensum sequentibus,*  
*postulare poterit, ut e consideratione mundi,*  
*infinitam aliquam vim esse, colligant, quo iure*  
*αναπολογητον declarare, si quis non ad summum*  
*Deum ascendat, sed in finito quodam, at tanta*  
*tamen, quanta ipsi ad formandum gubernandum*  
*que mundum requiri videtur, virtute praedito sub-*  
*sistat eundemque ut creatorem dominumque suum*  
pie-

\* [Quamuis facile largiamur, verba Paulina non tam subtiliter  
 premenda esse, ut in *omnes et singulos gentiles dicta puten-*  
*tur, quae v. 19. seqq. de ethniciis vniuersitate afferuntur; illud*  
*tamen defendi nullo modo posse arbitramur, ad *solos genti-**  
*lium philosophos Paulinam sententiam pertinere].*

pietate summa et fiducia colat? Num igitur credibile est, Paulum <sup>108</sup> a *finiti* cuiusdam spiritus vi et actione mundi aspectabilis originem repetuisse? Quid vero, si *infinitae* quidem *virtutis* spiritum, at *a summo tamen Deo pendentem*, creatoris mundi loco ab ipso habitum esse, sumamus? At ne dicam, aliis locis ab eodem Apostolo infinitam virtutem vni summo Deo non obscuris verbis tribui; quis credat, hoc ipsum ab ethniciis postulare, ut non creatorem mundi immediatum, quamvis infinitum eundem agnoscant, sed superiorem illo spiritum summo cultu prosequantur? Quis credat, *αναπολογητον* ab Apostolo habitum esse si quis cum praestantissimis <sup>109</sup> Graeciae philosophis, quem architectum mundi esse crederet, eundem summo loco habendum, summaque religione venerandum esse, existimauerit?

At in ipsis tamen illis locis, in quibus mundi  
creatio Christo tribuitur, inesse aliquid videtur,  
quod

108. Adde locum Act. XVII, 24-28, cui non magis, quam illi de quo agimus, sensus commodus tribui posse videtur, si, ex Pauli sententia summum Deum ab immediato mundi creatori et conseruatori discernendum esse sumatur.

109. cf. cel. MEINERS *histor. doctrinae de vero Deo Len-*  
*gov. 1780. P. II. S. V. seqq.*

quod suadeat Paulo et Iohanni eam sententiam tribuere, qua Deum spiritu quodam subordinato ad condendum mundum vsum esse statuitur. Etenim Ioh. I, 3. et Col. I, 16. mundus ΔΙΑ τε λογικειον vel υγεια effectus esse; Hebr. I, 2. autem Deus ΔΙΑ τε υγεια τε αιωνιος fecisse dicitur. Atque illud facile largimur, posse haec loca per se spēstata in hunc sensum accipi, ut per δια illud ministra vel subordinata causa intelligatur. At nec necessitatem ullam hermeneuticam esse, quae ad hanc sententiam constituendam nos cogat, nec posse istam interpretationem admitti, quin repugnantiam aliquam in Apostolorum doctrina inesse sumatur, iure nostro afferere posse nobis videmur. Etenim in locis Ioh. I, 3. et Col. I, 16. verba δι αυτει 110 et

EV

110. Ipse CLARKVS (in the scripture doctrine of the Trinity London 1712. I. S. p. 1. p. 90.); "The bare use, inquit, of the praepositions singly, is not indeed of itself a sufficient foundation for these distinctions: For δι & is used also of the Father Rom. XI, 36. and Hebr. II, 10. of the son Col. I, 16. BY or IN him were all things created." Quod autem addit: "When they are used in express contradistinction to each other, as in that passage now-cited I Cor. VIII, 6.; they cannot but very much strengthen an interpretation grounded at the same time on other texts and upon the whole

te-

*εν τῷ αὐτῷ verti etiam posse ab eo, et de causa principali intelligi, dubitari vix potest.*

tenour of scripture"; id precastio sumi, tum ex his ipsis, quae de unitate creatoris disputata sunt, intelligitur, tum iis, quae in Sect. II. addemus, confirmabatur.

III. cf. loca a S. R. STORRIO (*Ueber den Zweck &c.* p. 457 allata; quibus addi posse videatur Matth. XII., 24. 28, vbi particulam EN, quamvis cum TPIO commutari non possit, principalem tamen causam denotare, manifestum est. Non igitur profecto est, eur cum Cel. KLEUKERO (in libro inscripto: *Iohannes, Petrus und Paulus als Christologen betrachtet Riga 1785. p. 223*) formulam: EN αὐτῷ επιδημτα παντα ex Cabballistarum systemate mutuam sumtam, atque ita interpretandam esse sumamus: *In ihm und mit ihm ist alles geschaffen worden, d. i. er begreift in sich τὸ πλήρωμα παντων των τοῦ θεοῦ κτισμάτων, die Fuelle aller Geschaffenen.* Sed ne probabilem quidem hanc interpretationem esse, vel ex iis, quae in litteris de mundi creatione et creatore tradi vidimus, patere existimem. Accedit quod historica Kleukeri hypothesis de cabballisticae theologiae origine et aetate, quantum eidem iudicare possum, satis idoneo argumento nondum euista est. Quae enim tum in libro modo laudato, tum in commentatione: *Ueber die Natur und den Ursprung der Emanationslehre bey den Cabballisten*, superiore anno edita, ad probandam illam sententiam vir cel. concessit, ea mihi quidem non plane satisfacere fateor. Omnium minime vero certa cabballisticae theologiae indicia in locis Col. II., 9. Act. XVII., 28. Rom. VIII., 20. 1. Tim. I., 17. VI., 15. seq. Iac. I., 17. Ioh. I., &c. (cf. comment. modo cit. *ueber die Natur &c.* p. 77.) inesse persuadere mihi possum. Sed longum esset et ab instituto meo alienum, enucleatius de hac re dicere.

test. Quod autem Hebr. I, 2. <sup>112</sup> pater *per filium* h. e. virtute filii mundum <sup>113</sup> condidisse dicitur; ex eo certe filii vim, mundi effectricem, vel specie (vt loqui solent) vel numero diuersam esse ab ea, qua pater praeditus est, non rectius colligi posse existimem, quam ex Hos. I, 7. duos esse a se inuicem seiunctos Iehouas, quorum unus subordinatus alteri sit. Sed ne contextus quidem pati videtur verba: ΔΙ ΟΥ τας αιωνας στοιχει, de causa subordinata et ministra interpretari. Ipse enim Paulus, quod paulo obscurius et minus definite v. 2. enuntiatum est, versu 10. coll. 7. ita explicat, vtet eadem verba,  
qui-

**112.** Forte Apostolus, opinioni quorundam de mundo per Angelum praestantissimum vel Angelos condito (cf. not. 63.) obviam iturus, primum generatim, *per filium* (*non per Angelos*) effectum esse mundum afferit; deinde, ne qua ambiguitas relinquatur, generalem scierentiam ita explanat, vt filium angelis omnibus, vt pote ministris tantum Dei, longe superiorem, eodemque sensu, quo ipsum Iehouam, creatorem esse, declarat.

**113.** Lectionem ΔΙ ΟΥ cum S. R. GRIESBACHIO (in *progr. de mundo a patre condito per Christum* 1781.) ex mera coniectura mutare, equidem non ausim. Vocem αιωνας autem de oeconomiis Diuinis interpretari, locus Hebr. XI, 3. prohibere videtur, (cf. de voce αιωνας per ill. MICHAELIS Erklaer, des Briefes an die Hebraeer P. I. ad l. Hebr. 1, 2.)

quibus Iehouae Ps. CII. creatio coeli et terrae tribuitur, ad Christum transferat (cf. §, VIII.), et eundem Angelis vniuerse, *qua ministris Dei*, opponat. Omnia minime autem vel cum Prophetarum, per quos v. i. *Deus locutus esse dicitur*, oraculis, vel cum Rom. I, 20. et Act. XVII, 24. seqq. conciliari possent verba: *Δι 8 — εποιησε*, si hoc innuere voluisset Apostolus, filium in condendo mundo ita versatum esse, ut ministri Dei prouinciam sustinuerit.

Maneat igitur illud, ex s. litterarum doctrina, cum senioris etiam Philosophiae placitis proorsus consentiente, non spiritus cuiusdam Deo inferioris virtute, sed vi soli summo Deo propria mundum effectum esse. Constituto autem et confecto hoc, illud efficitur, ut aut unitas summi Dei, quam constanter planissimeque (cf. §. X.) sacrae litterae afferunt, tollenda, aut statuendum sit, *ad Christum*, quem conditoris mundi

ii4. [Egregie cum hoc elogio consentit illud; quod et creatori Rom. I, 25. a Paulo tribuitur, et ad Christum Rom. IX, 5. ab eodem transferri, admodum probabile est. Sed de hoc loco; nihil habeo; quod nisi addam, quae a S. R. Non effet in

F

Opusc.

mundi elogio a Iohanne aequo ac Paulo ornari  
 (§. VII - IX) ostendimus, eandem numero vim ae-  
 ternam atque infinitam, vel, ut Pauli verbis utar,  
 eandem numero αὐδίον δύναμιν et θεοτητα, qua  
 pater praeditus est, pertinere.

### §. XII.

Exposito primario nostrae de Deitate Christi  
 doctrinae argumento, ex Apostolorum effatis  
 duōlo, quid ad confirmandam illam praesidii ab  
*ipsius Iesu* de persona sua assertionibus peti pos-  
 sit, breuiter videamus. Primum igitur existit  
 quaestio, an Christus, in iis sermonibus, qui  
 ab Euangelistis commemorantur, *summi Dei ho-*  
*norem*, ipse sibi asseruerit? Atque equidem haud  
 scio, annon, communionis Diuinae naturae  
 conscientia sibi fuisse Iesum vel ex hoc colligi pos-  
 sit, quod quamuis reuerentissimum se patris esse, at-  
 que ad eiusdem gloriam omnia referre, illustris-  
 simis factis declarauerit, tamen, eum a Iudeis  
 arrogati sibi temere Diuini honoris reus ageretur  
 (Matth. IX, 3. seqq. coll. Marc. II, 6. seqq. et  
 Luc. V, 21. seqq. Ioh. V, 18 seqq.), non ita  
 blas-

*Opusc. fasc. 1. ed. II. p. 158. seqq. et S. R. KOPPE in N.  
 Teß. Vol. IV. p. 194 sq. disputata sunt.]*

blasphemiae criminationem depulit, vt vel vni  
summo Deo proprium esse, quod ad hunc solum  
pertinere censematur, (Marc. II, 7.) vel τὸν se  
τῷ Θεῷ (Ioh. V, 18.) esse, negaret. Sed insunt  
etiam tum in vno ex iis, quae modo attulimus,  
tum in aliis locis disertae Christi declarationes,  
quae non obscure significant, eundem sibi ea  
tribuisse, quae in spiritum summo Deo inferio-  
rem vel ab ipso seiunctum non cadunt. Nimi-  
rum Ioh. V, <sup>11</sup> 19. seqq. summa quaeque opera  
Diuina et honoris Diuini societatem ita sibi vin-  
dicat, vt aequalē eum vi et dignitate patri se ha-  
beri velle, dubitare vix possent (cf. v. 18.) Iu-  
daeī. Vim autem illam tantorum operum effe-  
ctricem, quam sibi hoc loco tribuit Iesus, ex  
ipsius sententia *eandem numero* esse, qua pater  
praeditus est, tum ex aliis effatis, tum maxime  
ex Ioh. XIV, 10. <sup>11</sup> intelligitur, vbi inti-  
mam suam cum Patre coniunctionem ita descri-  
bit,

<sup>113.</sup> cf. ven. STORR ueber den Zweck der ev. Gesch., Ioh  
p. 197. seq.

<sup>116.</sup> cf. l. modo cit. p. 196.

bit, ut patrem, τον εν αυτω μενοντα, <sup>117</sup> opera illa, quae Ioh. V, 19. 21. 26. a sua virtute repetit, efficere doceat <sup>118</sup>. Ut igitur recte statuere nobis videantur, qui ipsum Christum summae patris Deitatis communionem sibi asseruisse statuant. At minus clare ac definite eundem, quam Apostolos, de eo, in quo ante nativitatem versatus est, statu, deque discrimine, quod inter ipsum et patrem intercedat, locutum esse, nec negamus, nec magnopere miramur, cum vniuerso sapientiae eius consentaneum fuerit, elementa tantum doctrinae suae, dum in his terris viueret, tradere, vberiorem vero eius explicationem Apostolis, πνευματι αγιω adiuuandis (Ioh. XVI, 12. 13.) reseruare. Nec tamen deesse putamus effata Christi, in quibus et conditionis eius nativitatem antegressae, et discriminis realis inter patrem

117. Verbis: Εγω EN τω πατρι, και ο πατηρ EN εμοι — ο πατηρ ο EN εμοι μενων, nec meram similitudinem exprimi, ex adjunctis: Απεμαυτ88 λαλω — *Αυτος ποιει τα εργα, nec talen modo actionem Diuinam in homine Iesu, quatis in prophetis erat, significari, ex connexione v. 10. cum iis, quae antecedunt: Ο εωρανως εμε, εωρανε του πατερα, apparere equidem existimem.*

118. Adde Ioh. XVI, 15. coll. 14.

patrem et filium, significationem aliquam inesse, probabile sit. Etenim quod Ioh. VIII, 58. Iesu dicit: πρὶν Αβραὰν γνεθῇ, εγὼ εἰμι; id in alium, quam hunc sensum accipere: Priusquam Abrahamus esset, ego eram τοῦτο tum loquendi usus, tum connexio cum v. 57. prohibet. Verborum autem Ioh. XVII, 5.: Δοξάσον με — τη̄ δοξήν,

¶ 19. Interpretationem Fausti Socini (vid. Oper. eius T. II. Ireneop. 1656. p. 379. et 504. seq.), verbis Christi hunc sensum tribuentis: *Antequam Abraham fiat Abraham*, i. e. *pater multarum gentium*, ego iam sum *Messias*; tum contextui, tum verbis ipsis vim inferre, ita euidens est, ut mirari omnino subeat, tanti illam a Socino aestimatam esse, ut (l. cit. p. 505 in disput. inter Erasmus Iohannis et Faustum Socinum) non vereretur dicere: “*Ego quidem non leues coniecturas habeo, illum, qui primus aetate nostra eam in lucem protulit, (Laelium Socinum intelligere videtur) precibus multis ab ipso Christo illum impetrasse. Hoc projecto affirmare ausim, cum Deus illi viro permulta, aliis prorsus tunc temporis incognita, pateferat, vix quidquam inter illa omnia esse, quod interpretatione hac diuinius videreturqueat*”. Nec minus contextui aptam esse illorum explicacionem, qui verba: *Eγώ εἰμι, de decreto Dei interpretantur*, facile intellectu est. cf. a paraphrase and commentary on the new testament by Dan. WHITBY 1709. ad. h. 1. LIMBORCHII Theol. Chrīst. Amstelod 1735. p. 100. WEISMANNI Specimina rabulismi exegeticī partis Socinianae Tub. 1731. S. R. STORRII l. ueber den Zweck &c. 425. seqq.

δοξη, η ειχον, προ των καθηκον ειναι, παρασοι 123  
 facilior et simplicior interpretatio nulla esse mihi  
 videtur, quam quae cum illis Iohannis verbis  
 (Ioh. I, 1.): Εν αρχη ην ο λογος, και ο λογος ην  
 προς του Θεου, conuenit.

### §. XIII.

Vidimus ex Pauli et Iohannis sententia,  
 eum ipius etiam Christi assertionibus egregie  
 consentiente, Christum eo, quo nostra ecclesia  
 statuit, sensu Deum esse. Iam, quod herme-  
 neutice verum esse probatum est, idem etiam  
 dogmatice verum esse, negare non possunt, qui  
 in eo nobiscum consentiunt, ut nec in iisdem  
 verbis contrarias sententias inesse posse, nec a  
 Christo et Apostolis falsa dogmata veris admix-  
 ta esse, statuant. Esse autem Christo et  
 Apostolis eam auctoritatem tribuendam, ut  
 quibuscumque eorum effatis ad religionem per-  
 tinentibus fides habenda sit, huius loci non est  
 probare. Illud tantum monendum putamus, eo-  
 rum sententiam, qui a Diuinis illis legatis fal-  
 las etiam sententias per *οικονομιαν* quandam vel

con-

120. Plane nihil est, quod addam iis, quae in hunc loc. dicta  
 sunt a S. R. DOEDERLEIN in *Institut. Theol. Christ.* P. II.  
 edit. tert. p. 255. seqq. atque a S. R. STORRIO in l. mode  
 laudato p. 427. seqq.

confirmatas vel inuentas esse sibi persuadent, tum omnino, salua Iesu et Apostolorum auctoritate, non <sup>121</sup> admitti, tum omnium minime ad eam, de qua agimus, doctrinam transferri posse. Etenim Palaestinenses Iudeos illo, quo Christus in his terris versabatur, tempore eam de Messia notionem informatam animo habuisse, ut ipsum Diuinae maiestatis socium esse crederent, non modo non euinci, sed refelli etiam <sup>12</sup> historiis argumentis potest. Igitur ne cogitari quidem potest, ad *οινονομίαν* referenda esse, quae Christus de Diuina sua dignitate intimaque cum patre coniunctione tradiderit. Sed fingamus etiam; Palaestinenses, aeque ac Alexandrinos quosdam Iudeos Christi iam et Apostolorum aetate ea de λογῷ quodam, vel de ipso Messia sententia imbutos fuisse, vt hunc vel summae Deitatis participem vel *δευτερον* certe (vt Philo loquitur) Θεον esse existimauerint; quis, quæso, <sup>123</sup>

Chri-

<sup>121</sup> cf. Ven. STORRII Dissert. *de sensu historicō* Tub. 1778.

<sup>122</sup> cf. *Vermischte Versuche* Lips. 1785, p. 237, seqq.

<sup>123</sup> Cel. STEINBART, vniuerse in fingenda ex suo ingenio Christiana doctrina himis facilis (in *Syst. der reinen Philosophie oder Glückseligkeitslehre des Christenthums* ed.

Christum eo insaniae atque impietatis progressum esse credat, ut non modo honorem, vni summo Deo debitum, temere sibi arrogauerit, sed etiam doctrinam hanc vltimis vitae diebus solemnij iure-iurando (Matth. XXVI, 63. 64.) immo ipsa morte confirmauerit? Quis credat Apostolos, Iudeos nempe eosdemque Dei reverentissimos, tam immemores officii erga Deum fuisse, vt ψευδομαρτυρες Θεος (1 Cor. XV, 15.) esse, immo honorem, soli Deo debitum, quem certe, si legatus tantum Diuinus fuisset Iesus, pari iure sibi ipsis tribuere (cf. Act. XIV, 11. seqq.) potuissent, ad hominem Iesum temere transferre non<sup>124</sup> dubitauerint? Oeconomicarum igitur fi-

ctio-

tert. Züllichau 1786. p. 273.) sermones Christi, quorum §. superiore mentionem fecimus, ad Pythagorico Platonicaum Graecorum Iudeorum theoriam accommodatos esse, statuit. Igitur vel Christo docenti cum Graecis Iudeis rem fuisse, vel eidem sermones illos, ad assertandam eius dignitatem pertinentes, a Iohanne affitos esse, supponat necesse est. Sed vt vel hoc vel illud sola STEINBARTII auctoritate adductus credam, vt STEINBARTIO de rebus, quae primo saeculo euenierint, ex coniectura pronuntianti maiorem fidem, quam coaevis iisdemque granissimis testibus habeam, equidem a me imperare nullo modo possum.

124. Facile hinc iudicari potest, quid de hermeneutico illo principio, quod auctor libelli inscripti: Kurze Reuision der  
wich-

tionum numero habenda esse, quae, quae in  
Nouo Testamento de Diuina filii Dei dignitate  
traduntur, sine summa in Iesum et Apostolos  
iniuria sumi profecto non potest.

Hactenus de argumentis praecipuis, qui  
bus ecclesiae nostrae de Deitate Christi doctri-  
nam defendi posse arbitramur. Sequitur iam,  
ut in

### SECTIONE SECUNDA

*speciosissima, quae doctrinae illi opponuntur,*  
*argumenta breuiter excutiamus, omninoque*  
*nostram de Deitate Christi sententiam cum*  
*praecipuis earum, quae a nostra dissentunt,*  
*opinionibus comparemus.*

### §. XIV.

Priusquam de dissentientium partium opi-  
nionibus sigillatim dispiciamus, non alienum  
erit, generalia argumenta, quae non tam ad tuen-  
dam definitam aliquam de Diuinitate Christi sen-  
tentiam a nostra discrepantem, quam ad oppugnan-  
dam

*wichtigsten Christlichen Religionslehren in Aphorismen*  
1785. p. 10. velut axioma quoddam sumit, non probat  
statuendum sit.

dam nostram adhiberi posse videntur, in breuem summam cogere, et, quantum per spatii angustias licet, momento suo ponderare. Duplex autem argumentorum genus est, quibus ad recedendum a nostra doctrina complures, in iisque acutissimos, et quantum iudicare possumus, probissimos verique amantissimos viros permotos esse constat; unum eorum, quae ex philosophia depromuntur, alterum illorum, quae ab ipsis sc. litteris petuntur.

Quae priori generi subiecta sunt, ea fere omnia ad hoc reuocari posse putem, quod vel aperta repugnantia in nostra doctrina insit, vel eadem certe ratione nullo modo comprehendi possit. Atque illud quidem negari vix posse videtur, a pluribus, qui orthodoxorum numero habitu sunt, theologis ita finitam esse vel *ομοστας* vel personalitatis notionem, ut non possent non, qui in verba theologorum iurare, et rationis usum penitus abdicare nollent, illorum de filio Dei placita, utpote cum evidentissimis sanae rationis principiis manifeste pugnantia, magnopere improbare. Sed iniqui profecto iudicis esset, unius alteriusue theologi culm in publicam ecclesiae nostrae doctrinam coniucere. Etenim hoc

tan-

tantum quaeritur, an ea, quae libris nostris symbolicis continetur, de Deitate Christi sententia per se talis sit, ut a *verae repugnantiae* criminatione liberari non possit? Quod quidem iure a nostris negari posse, ex iis, quae §. II. dicta sunt, facile intelligitur. Potest nimurum ea, quam defendendam suscepimus, doctrina ad generalem hanc formulam reuocari: Subiecta A et B ita ad se inuicem referuntur, ut commune quidem idem numero C habeant, sed charactere quodam X inter se differant. Quod quidem enuntiatum et per se spectatum cum principio identitatis, quod vocant, et contradictionis egrégie consentire, et saluo hoc \* principio, cui profectio non repugnat, in Deo aliquid inesse, quod eorum, quae in naturali theologia com-

me-

\* Si quis sit, qui canonem illum: *Quae sunt eadem uni tertio, eadem inter se sunt*, obuerti nobis posse existimet; eum vel veram huius axiomatis vim non percipere, vel in applicando illo ad eam, de qua agimus, causam, aliam, quam nos sumimus, de patre filioque sententiam supponere, et, quae distinguenda sunt, confundere, facile intelligitur. Neque enim vel respectu *omnium* determinationum, neque *eodem*, quo *differre* dicuntur, respectu *identitatem* patri filioque tribuendam esse, asserimus cf. LEIBNITII *Remarques sur le livre d'un Antitrinitaire Anglois &c.* Oper. omn. ed. Du tens T. I.]

memorari solent, attributorum numero (vel ~~etiam~~  
strictiore sensu accepta) non comprehendatur, ad  
Diuinam naturam transferri posse, tam clarum et  
perspicuum esse mihi videtur ut a priori affirmare-  
ausim, fieri non posse, ut veram notionum pug-  
nam in illa assertione inesse, ab illo philosopho  
demonstretur. At absurdum certe est, inquis,  
*eam duorum subiectorum ad se inuicem rationem*  
*fumere, quae nullo plane eorum, quae humana*  
*mens cogitare potest, relationis generum conti-*  
*neatur.* Quid enim hoc aliud est, quam vel  
merum sine sententia sonum edere, vel, quod  
cogitari omnino nequit, fingere? Enimuero  
quamuis facile largiamur, nec coniunctionem  
illam nec differentiam patris et filii, quam sta-  
tuimus, aiente sensu h. e. ita a nobis cogi-  
tari posse, ut, qualis sit, vel intuitive (ut loqui  
solent) vel analogice saltim cognoscamus; ne-  
quaquam tamen ex hoc illud effici putamus, ut  
abhorreat a fana ratione eam, quam nos defen-  
dimus, de relatione patris et filii sententiam,  
satis graui profecto auctoritate nitentem, am-  
plecti. Qui enim vniuerse, quod aiente <sup>125</sup>  
sensu cogitare non possunt, in hictorum vel ~~adu-~~

νατων

125. cf. cel. ULRICH *Institut. Log. et Metaphys.* p. 302, seq.

variorum numerum referendum esse putant, ii professo non melius ratiocinantur, quam si quis a nativitate coecus, quae de tabula picta ipsi narrantur, falsa esse vel adiuvata prorsus, ex eo colligat, quod rei huiusmodi imaginem animo informare plane nullam possit. Qui autem hoc tantum asserunt, praeter ea relationum genera, quae rebus in sensu cadentibus conueniant, vel ex harum consideratione ducta sint, nullum plane esse posse: ii sublimiorem certe philosophiam vix labris primoribus gustasse, et limitum cognitionis humanae vel prorsus ignari vel immemores esse, mihi videntur. Etenim ne easrum quidem, quarum effectus vel interno sensu vel externis percipimus rerum naturam ita cognitam habemus, ut nexus earum inter se relationumque ad se inuicem genera iis, quae ad res sensibiles obuias pertinent\*, relationum generibus absolui<sup>126</sup>, cum aliqua

veri-

\* [Quis (vt hoc vtar), diuisiōnē illam, qua omnia omnino (tum phaenomena, tum οὐτως οὐτα) ad substantiam et accidentis reuocantur, recte se habere, euincere poterit? cf. cel. Ulrich Instit. p. 341. et Heilmanni Comp. theol. digm. ed. II. p. 98.]

126. Omniminime, qui Kantianae Philosophiae de categoriis placita sequuntur, hoc offendit possunt, quo Patris et Δογης

veritatis specie defendi possit<sup>127</sup>. Diuina au-  
tem natura relationem aliquam contineri, nulli  
earum, quas aiente sensu cogitare nobis licet,  
prorsus similem, tanto minus mirum videri debet,  
cum vniuersel Deus tam immenso intervallo a  
rebus creatis omnibus distet, vt ne earum qui-  
dem, quae in naturali theologia exponuntur,  
proprietatum Diuinorum, vt pote infinitarum,  
satis

*Loyz ad se inuicem relationem talem esse statuimus, qualibet  
in sensibili, quem Kantius vocat, mundo obseruare non licet.  
[Sed etiam, qui vel empiricam categoriarum originem de-  
pendunt, vel easdem certe etiam ad *ontos* transferri  
iure posse statuunt, nullo modo probare posse mihi videntur  
praeter ea relationum genera, quorum nos in praesenti con-  
ditione claram notionem mente concipimus, nullum omnino,  
ne a perfectiore quidem spiritu, cogitari posse.]*

127. LEIBNITIUS in *Remarques sur le livre d'un Autitrini-  
taire Anglois* (Oper. Leibnit. omnium ed. Dutens T. I. p. 26.)

*"Il faut avouer, inquit, qu'il n'y a aucun exemple dans  
la nature, qui réponde assez à cette notion (cf. not. 6.) des  
personnes Divines. Mais il n'est point nécessaire, qu'on en  
puisse trouver, et il suffit, que ce qu'on en vient de dire  
n'implique aucune contradiction ni absurdité. La substance  
Divine a sans doute des priviléges, qui passent toutes les  
autres substances. Cependant comme nous ne connaissons  
pas assez toute la nature, nous ne pouvons pas assurer non  
plus, qu'il n'y a, et qu'il n'y peut avoir aucune substance  
absolue, qui en contienne plusieurs respectives".*

satis claram animo notionem informare possumus<sup>128.</sup>

Quibus positis nostram de Deitate Christi doctrinam cum senioris philosophiae principiis nullo modo pugnare, a priori ita certum est, ut nil attineat, philosophica, quae a variis variae aetatis scriptoribus ad conuellendam illam excoigitata sunt, vel argumenta vel sophismata sigillatim enumerare ac refutare. Igitur duo tantum exempli causa afferre sufficiat, quorum unum a Fausto Socino, alterum a Tayloro in medium prolatum est. Atque ille quidem (Oper. omn. Irenop. 1656. T. I. p. 697.) “*Nemo est tam stolidus, inquit, qui non videat, pugnare haec inter se, illum Deum nostrum coeli terraeque creatorem esse unum tantum numero, et tamen tres esse, quorum unusquisque sit ille Deus noster. Nam quod aiunt, unum quidem esse numero Deum, sed ratione essentiae, trinum vero ratione personarum,*

rur-

128. Qui similitudine aliqua illustrare, vel quacunque ratione explicare relationem filii ad patrem conati sunt, eos omnes, ne Ven, quidem Seiter o excepto (cf. e. l. über die Gottheit Christi, beides für Glaubige und Zweifler Lips. 1775. p. 105. seq.) ab eo, quem propositum sibi habuisse videntur, scopo aberrasse, facile ostendere possem, si scriptioonis meae consilio consentaneum esse iudicarem.

*rurus hic sibi inuicem repugnantia loquuntur, cum tres vel etiam duae personae esse nequerant, ubi est una tantum numero siue individua essentia, et ad plures una persona constituendas, plures etiam una individuae essentiae requirantur. Nam quid aliud persona est, quam individua quaedam intelligens essentia? Aut qua potissimum ratione diversa est persona alia ab alia, nisi diuersitate individuae siue unius numero essentiae? — — Implicat Diuinam essentiam unam tantum numero esse, non tamen unam tantum esse Diuinam personam, sed plures, cum Diuina essentia numero una, et Diuina persona idem omnino reapse sint<sup>129</sup>. <sup>129</sup> At facile intelligitur, sublata ea no-*

Hone

129. Eodem sere redit, eademque ratione solui posst obiectio, a Toellnero (in Theol. Untersuch, I B 1, St. p. 29.) proposita. Ita autem ille: „Die erheblichste Einwendng (gegen die „Dreyeinigkeitslehre) besteht darinn, dass der Vater, der „Sohn und der heilige Geist jeglicher eine besondere mit „Verstand begabte Substanz seyn; und gleichwohl nicht ein „jeder derselben sein besonder Wesen, seinen besondern „Verstand, seinen besondern Willen, seine besondere „Wirklichkeit, sondern die drey zusammen Ein Wesen, „Einen Verstand, Einen Willen, und nur Eine Wirklichkeit haben sollen: wie es scheint, drey wahrhaftig unterschiedene wuerkliche Dinge seyn, folglich jeglicher seine „eigene Wuerklichkeit haben; und auch nicht haben, drey

(quo.

tione, quam Socinus ineptis forte orthodoxorum quorundam formulis vel vulgari loquendi vsu deceptus, vocibus personae et essentiae subiectam esse supponit, omnem argumentationis eius vim tolli. Quid enim, quæsio, repugnante superest, si voces istae eo sensu sumantur, quo easdem, vbi de patre et filio usurpantur, accipiendas esse, supra (§. II.) docuimus? Maiorem forte veri speciem præsest argumentum *Taylorianum* quod in *Britt. Theol. Magazin* I B. IV. St. (1770.) p. 111. seq. in vernaculam translatum legitur. Negat nimimum vir acutissimus, verum et reale discrimen inter patrem et filium intercedere posse, nisi ita inter se differant, ut et patri aliquid proprium sit; quod desit filio, et huic, quo pater destituatur. Iam et illum proprietatem, pergit quae patri soli, et eam, quae filio, excluso patre conuenit, perfectionum numero habendas esse, negari non potest, quin in natura Diuina imperfectiones quasdam inesse statuatur. Confitendum igitur est, et patri et filio perfectionem aliquam deesse, adeoque neu-

trum

„(quodam respectu) unterschiedene Personen, und auch  
„(alio respectu) nicht drey unterschiedene Personen  
„,seyn sollen“.

G

trum infinita perfectione, qua sublata, ipsa notio Dei tollitur, praeditum esse. Confitendum, non posse esse vnam atque eandem patris et filii essentiam. At nec hanc argumentationem, quamvis ad fucum faciendum egregie comparatam, ad conuellendam eam, quam §. II. posuimus, sententiam vim habere accuratius rem perpendiculari facile patebit. Etenim ita *eandem numero* patris et filii  $\sigma\tau\alpha\tau$  esse defendimus, ut per  $\sigma\tau\alpha\tau$  earum proprietatum complexum intelligamus, quae in naturali theologia tribui Deo solent, veluti aeternitatem, necessitatem existentiae, infinitam potentiam, intelligentiam &c. At vel *his* perfectionibus filium aut patrem carere, vel vniuersel alterum altero perfectione inferiorem esse, ex eo nullo modo cogi potest, quod et patri et filio proprius quidam character est, quo ab altero discernatur.

Nam et characteres hos ab  $\sigma\tau\alpha\tau$ , *strictiore* illo sensu sumta, distinguimus, et, quod filio proprium est, *minoris* perfectionis loco habendum esse, <sup>130</sup> quam quod patri soli conuenit, pre-

<sup>130</sup>. Ne cum quidem, si *generatio filii* hoc sensu, non inepto sane, sumatur, ut *eum, qui, proprius filio est, charakte-*

precario sumi existimamus. Si quis vero *sensu* Diuinam hoc sensu accipiat, ut *uniuersae naturam* vel *substantiam Diuinam*, qua et *sensu* strixiore sensu et characteres, quos dicunt, personales continentur, intelligat; is certe, patrem et filium ad *eandem numero sensu* pertinere, saluo reali discrimine, pronuntiare poterit.

### §. XV.

Sequitur iam, ut de altero genere argumentorum, quibus ad oppugnandam nostram de summa Christi Deitate doctrinam vti solent, breuiter dicamus. Exstant nimirum in ipso Novo Testamento loca non pauca, in quibus vel diserte soli patri summae Diuinitatis honos asseri, filio negari videtur, (veluti Ioh XVI, 3. 1 Cor. VIII, 6. &c.) vel ea certe Christo tribuuntur, quae in naturam infinite perfectam atque eminentissimo sensu Diuinam nullo modo

ca-

*parcerem ab illo, qui patri soli conuenit, necessaria quadam ratione pendere, statuatur, filii perfectionem minorem ea, qua parer praeditus est, vel finitam esse, concedatur neesse est. Quis enim (ut hoc year) voluntatem Diuinam minorem intellectu, vel finitam perfectionem esse, ex eo colligat, quod supponit intellectum?*

G 2

cadunt (veluti Ioh. XIV, 28. 1 Cor. XI, 3. XV, 27. 28. Marc. XIII, 32. Hebr. V, 7. Matth. XXVIII, 18. etc.). Atque ex his quidem illud omnino effici facile largiuntur nostri theologi, ut Christus *quodam respectu* inferior Deo esse, censendus sit. Sed ad tollenda ea, quae in priore sectione disputata sunt, loca ista valere, iure suo negant, cum nec probari id hermeneutice, nec sumi posse ostendant, nisi scripturam doctrinam secum ipsam pugnare sumatur. Ut autem pateat, qua ratione possint ea, quae nostrae de Deitate Christi sententiae aduersari videntur, oracula, saluis hermeneuticis legibus, cum eadem conciliari, primum generales quasdam obseruationes, ad soluendam illam εναντιοφανειαν pertinentes ponemus, deinde has ad ea, quae maxime ab aduersariis vrgentur, loca transferemus. Et ante omnia quidem illud tenendum, a theologis nostris, consentientibus sacris litteris (v. g. Ioh. I, 14. coll. 1-3. cf. not. 31.) praeter Diuinam naturam Christo humanam etiam tribui, <sup>131</sup> *intime cum Diuina con-*  
*iun-*

<sup>131.</sup> cf. S. R. LESSI *Vers. einer præf. Dogmatik* Art. VIII. Sect. I, n. VIII. X. XI. S. R. DOEDERLEIN *Instit. Theol. Christ*

*iunctam.* Quo posito, facile intelligitur, in s. litteris, ad popularem loquendi usum, non ad philosophicam subtilitatem et *anapheis* conformatis, eidem Christo<sup>132</sup> iam Diuinam, iam humanas affectiones eadem ratione adscribi potuisse, qua homo ex. gr. iam immortalis, iam mortalis esse dicitur. Sed huic observationi alia iungenda videtur, qua neglecta vix expedire se posse doctrinae nostrae defensores, equidem existimem. Addendum nempe hoc, patris nomine saepius in s. litteris<sup>133</sup> *substantiam Diuinam uniuersi insigniri*, vocem Θεος autem in N. T. plerumque quidem hoc ipso sensu usurpari, sed nonnunquam tamen ad designandam *definitam aliquam Deitatis personam adhiberi*. Vtrumque vero recte a nobis sumi, haud difficile probatu est. Prius nempe loquendi usui scripturario consentaneum esse, tum omnino ex usu vocis ΚΝ et πατηρ in V. et N. Testamento, tum ex iis in primis locis

*Christ* P. II. §. 251, p. 768. seq. ed. primae. et b. ZACHARIAE Bibl. Theol. P. III. §. 156. seqq.

<sup>132.</sup> cf. BAVMGARTENII *Untersuch. theolog. Streitigkeiten* I. B. 1762. p. 238. seq.

<sup>133.</sup> cf. S. R. DOEDERLEIN *Instit. Theol. Christ.* P. I. §. 104. p. 312, ed. primae.

cis colligi potest, in quibus Deus <sup>134</sup> vel vniuersitate creationem prouidamque rerum humanarum curam, vel ob singularia beneficia in certos homines collata, omninoque singularem cum illis nexum pater appellatur. Quam quidem significationem ad ea etiam loca, in quibus patris Iesu Christi appellatio occurrit, transferre, equidem tanto minus dubito, cum homo Iesus et immediata virtutis Diuinae interuentui ortum suum debuerit (quam ipsam ob causam Luc. I, 35. coll. III, 38. οὗτος Θεός vocatur), et peculiari quadam ratione coniunctus cum Deo fuerit. Quod autem vocem Θεος, consentiente linguae analogia, iam latiore, iam strictiore <sup>135</sup> sensu in N T. accipi statuimus, id quomodo philologica aliqua ratione ab iis refelli possit, qui ipsi vocabulo illi varias significationes, easque multo magis a se inuicem discrepantes, quam eas, quas nos sumimus, tribuendas esse putant, plane non perspicio. Iam, his constitutis, ea s. litterarum loca, quae, si per se sola spectentur, abiudicare

Chri-

<sup>134.</sup> vid. Mal. I, 6. II, 10. Deut. XXXII, 6. Pr. LXXXIX, 27.

Ies. LXIII, 16. LXIV, 7. Matth. V, 16. 48. VI, 4. VII,

II. Ioh. VIII, 41. coll. 54. Rom. I, 7. Eph. I, 2.

<sup>135.</sup> v. g. Ioh. I, 1. (ο λόγος την προς του ΘΕΟΝ).

Christo summam Deitatem videntur, cum iis, quae §. VI. seqq. explicata sunt, haud difficulter conciliari posse, cuius a partium studio alieno facile patebit. Sed non alienum fuerit, quod generatim dictum est, exempli quibusdam illustrare, et praecipuis eorum locorum, quae ad euertendam nostram doctrinam vita habere putantur, aptare.

### §. XVI.

Primum igitur in iis locis, in quibus pater et unius summi Dei elogio ornatur, et a Christo discernitur, nihil inesse, quod nos ad negandam filio summam Divinitatem cogat, non una ratione et ostendi potest, et ostensum est a nostris theologis. Etenim in illo Christi effato Ioh. XVII, 3.: „Αὐτῆς οὐ οὐανιος ζωη, μα γινωσκωσι τε του μονου αληθινου Θεου, και ου απεισειλας Ιησουν Χριστου, του μονου αληθινου Θεου non Christo, sed idolis opponi tanto rectius sumi potest, cum ipsi contextui<sup>136</sup> consentaneum sit, statuere Christianae religionis summam verbis illis ita

136. cf. S. R. NOESSELT progr. paschale anno 1782, editum,  
et S. R. STORR ueber den Zweck &c. p. 462.

ita describi, ut prior enunciatio: Γιωσκωσι ΣΕ  
ΤΟΝ ΜΟΝΟΝ ΑΛΗΘΙΝΟΝ ΘΕΟΝ, ad gentiles,  
posterior: καὶ ΟΝ ΑΠΕΣΤΕΙΛΑΣ ΙΗΣΟΥΝ  
ΧΡΙΣΤΟΝ ad Iudeos proprie, vel, quod veri-  
similius putem, ad utrosque referatur. Siue  
igitur vox μονον ad subiectum, siue ad praedica-  
tum pertinere dicatur, <sup>137</sup> neutiquam ex hoc  
loco illud cogi potest, ut abiudicanda Christo sit τε  
αληθινή Θεός dignitas et natura. Nec plus ad conuel-  
lendam nostram doctrinam valet dictum paulinum  
**I Cor. VIII, 6.**: Ήμιν εἰς Θεός ο πατήρ, εξ ἡ τα  
παντα, καὶ ημεῖς εἰς αὐτού, καὶ εἰς κυρίος Ιησούς Χρι-  
σος, δι ἡ τα παντα, καὶ ημεῖς δι αυτώ. Nam illud  
ΕἰΣ non cum πατήρ, sed cum Θεός coniungen-  
dum esse, opponique gentilium polytheismo  
(v. 5), satis perspicuum est. Quod autem dis-  
cernitur Christus a patre, id certe argumento  
non est, negari illi, quod huic tribuatur. Ut  
enim taceam, Ioh. V, 20. pariter υον α πατρι di-  
stingui, sed illi tamen eadem plane opera, quae  
huic, eandemque vim attribui; quid obstat, quo  
minus a Paulo primum Deum uniuersē (πατερα),  
deinde nominatim Christum fictitiis illis Numi-  
nibus

<sup>137</sup>. cf. S. R. MILLERI *Compend. Theol. Polémicae* Lips. 1768.  
p. 90. seq.

nibus, quae Θεων et νυπιων nomine ab ethnicis insigniri solebant, opponi sumatur? Sed si concedamus etiam CLARKIO<sup>138</sup> aliisque voce πατηριον primam, quam vocant personam Diuinam significari; salua tamen res erit. Quis enim ex eo, quod Christus εις νυπιος<sup>139</sup> dicitur, patri νυπιοτητα (cf. Act. XVII, 24.) abiudicari a Pau-  
lo, colligat? Igitur nec Christo Θειοτητα negari,  
ex eo, quod pater εις Θεος vocatur, effici potest.  
Formulam ΔI OT autem, de ipso etiam patre  
(Rom. XI, 36. Hebr. II, 10.) aliquoties usur-  
patam, nostro loco de inferiore et subordinata  
causa

138. Vid. the Scripture-doctrine of the Trinity Lond. 1712.  
P. I. Ch. I. Sect. I. p. 5. coll. P. II. §. IX. p. 245.

139. per Θεος v. 5. intelligendas esse the superior Deities.  
per νυπιος autem the inferior Deities, adeoque etiam v. 6.  
voce νυπιος inferiorem Deum denotari, precario, et repug-  
nante ipsa historia, Clarkius (l. cit. p. 6.) sumit. Ven. autem  
TELLERVS, vocem νυπιος v. 6. de magistro interpretandam  
esse statuens (in Woerterbuch des N. Tell. ad vocem: Herr),  
connexionem v. 6. cum §. prorsus negligere mihi videtur.  
Ceterum, sumta etiam hac interpretatione, illud nondum  
confestum est, summam Deitatem nostro loco Christo negari.  
Potuisse enim ab Apostolo Christum ut hominem a Deo discerni  
ex iis, quae §. XV. dicta sunt, intelligitur.

causa interpretandam esse, sumi quidem a multis, at non probari, reperimus<sup>140</sup>.

### §. XVII.

Quod autem ad illa loca attinet, quae inferiore Christum patre esse declarant, vel affectiones actionesue ipsi tribuunt, a Diuina natura alienas; ea omnia vel ad humanam eius naturam vniuerse, vel ad statum hominis Iesu, siue gloriosorem siue humiliorem trahi posse, existimamus. Atque ad hunc quidem, quae Ioh. XIV, 28.<sup>141</sup> Marc. XIII, 32.<sup>142</sup> Hebr, V, 7. aliis-

<sup>140</sup>. Matth. XIX, 17. probabile est, Christum accommodate ad opinionem iuuenis, meti hominis loco ipsum habentis, locutum esse, nec nisi hoc dicere voluisse: Si me Deum esse negas, nec αγαθον vocare debes. — De loco Eph. IV, 6, cf. S. R. MILLERI Comp. Theol. Polem. p. 91.

<sup>141</sup>. Verba: Εἰ γνωρίσατε με, εὐχαριστεῖτε αὐτόν, οὐτὶ εἰπούντες πορευομαι πρὸς τὸν πατέρα, probabile efficiunt, Christum hoc loco non suam naturam cum patris natura, sed humiliem, in quo tum verlabatur, statum, cum coelesti patris gloria, in cuius communionem (Ioh. XVII, 5. 24.) mox veniebat, comparare. Nec loquendi vsui repugnare vocem μετώπων de beatiore vel glorijsore statu interpretari, e loco Gen. XXVI, 13. a Ven. STORRIO (p. 460. l. saepius iam laudati) pater.

<sup>142</sup>. Minus feliciter in conciliando hoc loco cum dogmate de summa Christi Deitate versari mihi videntur, qui ita nodum solvunt, ut cum HILARIO (de Trinitate IX.) dicant: "Id, quod

aliisque similibus locis dicuntur, commode re-  
ferri posse, dubitari vix potest, si hominem  
fuisse Iesum, eundemque, dum in his terris vi-  
veret, in humili conditione versatum, concedatur.  
Gloriosiorem autem statum, in quem hominem  
Iesum, exantlata morte, translatum a Deo esse  
statuimus, vel describunt vel supponunt loca  
Phil. II, 9. seqq. Math. XXVIII, 18. 1 Cor.  
XV, 27. <sup>143</sup> 28. et complura alia his similia.

Sed

*quod nescit, non nesciendi infirmitas est, sed aut tempus  
est non loquendi, aut dispensatio est non agendi. Ea nescit  
quaes aut in tempore non sunt confitenda, aut non agnoscuntur ad meritum".* Nec eorum, qui vel authentiam loci  
impugnant, vel unde Marcus hauserit, quod apud nullum  
alium Euangelistam existat, satis certo constare negant, con-  
iectura, quamvis speciosa sane, ad defendendam nostram  
doctrinam opus esse, equidem existimauerim. Etenim salutis  
Deitate Christi, quantum iudicare equidem possum, concedi  
potest, hominem Iesum, dum in his terris viueret, quamvis  
cum λογῷ coniunctum, iudicii, extremi tempus ignorasse.  
Quomodo autem κρυψίς illa, ab antiquioribus Tubingen-  
sis Theologis sumta, consistere cum nostro loco possit, si  
viderint, qui κρυψίν defendunt.

<sup>143.</sup> Quod Paulus v. 28. afferit, omnino ad δύσηντα illa  
(2 Petr. III, 16.) referendum esse videtur. Sed praecipuum,  
quaes in hoc loco inest, difficultatem, ex collatione cum lo-  
cis Hebr. 1, 8. Luc. 1, 33. oriundam, et Arianis et Socinianis  
communem nobiscum esse, arbitramur. Explicit illi pro-  
babili

Sed exstant etiam in N. T. dicta quaedam et formulae, quibus humanae Christi naturae universe, vel singularis eiusdem ad Deum relationis descriptio quaedam continetur; Quo pertinere videntur, tum, quae i Cor. XI, 3. vel alibi in eandem sententiam dicuntur, tum multa etiam ex iis locis, in quibus Christus

bibili aliqua ratione, quid illud ΤΠΟΤΑΓΗΣΕΤΑΙ, quid verba v. 24. ΠΑΡΑΔΩ ΤΗΝ ΒΑΣΙΛΕΙΑΝ significant; nos explicationem eorum, salua summa λογία Deitate, ad hominem Iesum (hunc enim per τον intelligimus) facile transferre poterimus. Utamur exempli loco Thoma Emlyn interpretatione, qui in *Humble inquiry into the Deity of Jesus Christ* (vid. *Collection of tracts relative to the Deity, worship and Satisfaction of the Lord Jesus Christ.* Lond, 1731. Vol. I.) verbum 27. ita παραφρεζει: "Then the Son himself shall be subject — — — that is; his subjection shall be then manifested by an open solemn acknowledgment of it, when he shall recognize the supremacy of the father in that publick act of surrender". Quis autem non intelligit, hanc explicationem eorum etiam sententiae aptari posse, qui in spiritu illius, de quo Emlyn agi putat, locum hominem Iesum substituunt? Addit quidem Emlyn: "As therē is no intimation of any distinction between the pretended two natures of the son here: so there is enough in the words to shew, that they are spoken of him, under his highest capacity and character". Sed diserta illa, quam desiderat, significatione opus fuisse, iure suo negare nostri theologi, posterius autem haec tenus concedere possunt, ut de homine Iesu under his highest capacity and character enuntiari dicant, quod v. 27. asseritur.

stus ΤΙΟΣ ΘΕΟΥ appellatur. Hoc enim nomen ad hominem propriè Iesum spectare, eidemque tum alias ob causas, tum maxime hoc nomine tributum esse, quod επωνυμία τοις αρχαῖς, intimeque cum Deo coniunctus, et propterea etiam carissimus ipsi esset, consentiente et loquendi usu et complurium locorum contextu,<sup>144</sup> statuimus. Nimirum homines saepius in s. litteris vel ob singularem quandam cum Deo nexum, singularemque quem experiuntur, fauorem Divinum, vel ob quamcunque cum Deo similitudinem<sup>145</sup> filiorum Dei nomine insigniri, vel tironibus notum est. Quis autem non videt,

haec

144. Nomen νιος Θεος, quamvis proprie ad hominem Iesum pertineat, in quibusdam locis (veluti Ioh. I, 14. 18. Matth. XXVIII, 19.) ad λογον etiam, utpote peculiari quadam ratione cum illo (Ioh. I, 14.) coniunctum, ita transferri, ut ad discernendum Divinum hoc subiectum ab eo, quod prima persona dicitur, adhibeat, plane non negamus. Si qui vero sint, qui in his alisque locis formula νιος Θεος internam secundae, quam vocant, personae ad primam relationem ex primi putent; ii, si ab Arianis vel Homoeusianis urgeantur, ita se expedire poterunt, ut vel negent, eam relationem formula illa denotari, qua posita, inferior patre sit filius, vel eam generationis notionem sumant, de qua not. 130. dicunt est.

145. Veluti Gen. VI, 2. Ps. LXXXII, 6. Iuc. XX, 36.  
Ioh. I, 12. Ioh. III, 1. &c.

haec omnia in eum maxime conuenire, quem  
eo sensu, quo Prophetarum nullus cum Deo  
(Ioh. I, 14. X, 38. XIV, 10.) vnitum, quem  
coelesti patri (Col. I, 15.) simillimum, et prae-  
ceteris omnibus Dei filiis amore Diuino (Matth.  
XVII, 5. Col. I, 13. Ioh. III, 35.) fruitum esse,  
constanter s. litterae docent? Potuisse igitur ho-  
minem Iesum eo, quo diximus, sensu  $\gamma\omega\theta\epsilon\sigma$   
appellari, iustum dubitationem non habet. Sed  
ad contextum quoque, tum aliorum locorum  
<sup>146</sup> (Hebr. I, 5. Rom. VIII, 29. 32. &c.) tum  
illius etiam, quod Ioh. X, 36. exstat, dicti aptissi-  
mam esse illam significationem, haud difficile  
intellectu est. Etenim, (vt de hoc tantum loco  
dicamus. quo ad conuellendam nostram de Dei-  
tate Christi sententiam frequentissime vt solent)  
Ioh. X, 35. 36. blasphemiae criminationem a  
Iudeis v. 31. seqq. oblatam ita depellit Iesus,  
vt primum vel merum vulgarerisque hominem  
non continuo blasphemiae reum esse euincat, si  
 $\gamma\omega\theta\epsilon\sigma$  se perhibeat: deinde vero, se non meri  
vulgarisque, sed talis hominis loco habendum esse  
ostendat, qui praecipuo quodam iure et sensu  
emi-

<sup>146.</sup> cf. S. R. DOEDERLEIN *Institut. Th. Chr.* P. 115. 105.  
Obs. 1. p. 313. seqq. ed. primae.

eminentissimo <sup>u</sup>g Θεος nomen sibi vindicare possit. Prius ita exequitur, vt e libris Iudeorum Diuinis planum faciat, fuisse meros homines, quibus recte tribueretur Deorum et filiorum Dei titulus. Prouocat nimirum ad locum Ps. LXXXII, 6. vbi Deus ipse iudices Iudaicos ita alloquens inducitur: Declarauivos אלהי־ בְּנֵי עָלִירָן et. Tanto rectius autem Iesus, vel merum hominem, modo aliqua similitudine Deo coniunctus sit, <sup>γου</sup> Θεος appellari posse, sumere potest, cum ipso illo psalmi loco, e quo argumentum docuit, contra iudices, tam honorifico titulo compellatos, sententia a Deo feratur.

At multo etiam maiori iure, quam magistribus illis, atque eminentissimo sensu *sibi* <sup>u</sup>g Θεος nomen conuenire, v. 36. afferit, quod is sit, quem ο πατηρ γηιασε και απεσειλεν εις τους κοσμους, quod is sit, quem Deus ab omnibus aliis distinctissimum summeque venerandum <sup>147</sup> in mundum miserit.

Ηγιασμενου autem se Christum hanc maxime ob causam dicere, quod intime coniunctus cum Deo

<sup>147.</sup> Notum est, ex Hebraica loquendi consuetudine duo Verba ita coniungi posse, vt posterius rem ipsam, prius aliquam eius determinationem vel modum exponat.

Deo erat, tum ex v. 37. 38. tum ex parallelis locis intelligitur. Duobus enim illis versibus hoc manifeste contendit Iesus, ex εργοις h. e. miraculis suis colligere debere Iudeos, tum vniuersitate doctrinam suam tum proprie, quod de intima sua cum Deo vnione (v. 30.) afferat, fide dignissimum esse. Quod confirmatum etiam loco Ioh. V, 20. seqq. qui nostro ita parallelus esse videtur, ut commentarii loco haberi possit. Neque omnino improbabile est, Iesum nostro loco ad illud colloquium Cap. V. cum Iudeis habitum respexisse, eamque ipsam ob causam copiosius sententiam suam exponere noluisse.

### §. XVIII.

Ex iis, quae § XIV - XVII. disputata sunt, illud confici nobis videtur, praecipuas, quibus nostra de Deitate Christi sententia premitur, difficultates non tantas esse, ut argumentis, ad confirmandam eam valentibus, praeponderare censendae sint. Sed ut tanto luculentius patet, iure illam a nostra ecclesia dissentientium partium opinionibus praferri; de praecipuarum, quae a nostra discedunt, sententiarum singulis pauca quaedam adiiciemus, et tum ar-

gu-

gumenta, quae harum cuique propria sunt, tum difficultates, quibus vrgentur, inbreuem summam cogemus.

Offerunt autem se nobis primo loco ii, qui vel propriam tantum, quam λογω afferimus υποτασιν Diuinam, vel cum hac simul etiam οροσιαν tollunt, et Christum hominem esse volunt, qui υποσαντιν quidem ιδιαν, antequam e Maria natus esset, non habuerit, sed cum summo tamen Deo inde ab eo tempore, quo vel viuere vel docendi munere fungi coepert, intime vniuersus, vel singularibus certe virtutibus dōtibusque ab eodem instrūctus, et post mortem ad Diuinam gloriam Diuinumque imperium euectus fuerit. Atque illi quidem, qui cum *Noeto*<sup>148</sup> et *Praxea*<sup>149</sup> *Deum* vniuerse, vel cum Ioh. *Clerico*<sup>150</sup> aliisue

*Deum*

<sup>148</sup> Epiphanius panar. LVII.

<sup>149</sup> cf. Tertulliani I. contra Prax. C. XVI. p. 229. ed. Semler. XVIII. p. 231.

<sup>150</sup> CLERICVS in l. inscripto: LIBENII de sancto amore epist. theolog. Irenop. 1679. p. 18. "Cum Deus, inquit, de variis uno eodemque tempore propter infinitatem cogitare possit; in Deo potest concipi pater s[ic!] natura Diuina certo quodam modo cogitans; filius et spiritus sanctus, seu eadem natura duobus aliis modis cogitationes efformans. Sic recte concipi potest unicus Deus, hoc est, unica natura Diuina,

H

sed

*Deum certo modo cogitantem cum homine Iesu personaliter vnitum esse statuunt, tum illorum, quae vnitatem Dei asserunt, locorum cum iis, quae Christo Diuinitatem tribuunt, collatione, tum iis etiam, in quibus Christus intimam sibi cum patre vunionem vindicat (veluti Ioh. X, 30. XIV, 10.) ad tuendam istam sententiam adduci esse videntur. Sed cum nec loca haec, quibus tanquam fundamento superstructa est Noetianorum et Modalitarum hypothesis, contra nostram doctrinam quicquam valere ex § XIV. XV. pateat, et hanc multo melius, quam illam, cum locis Ioh. I, 1. 14. 18. XVII, 5. (cf. § V. XII.) aliisque conuenire, manifestum sit; esse omnino arbitramur, cur nostram sententiam illi praeferamus. Ceterum facile largimur,*

eam

*sed varii cogitandi modi, atque ita facile scripturae loca conciliabuntur. Et certe in scriptura nulla plane cernitur differentia inter patrem, filium et spiritum sanctum, nisi quod varia agant seu cogitent: Nam agere et cogitare in spiritu idem est". P. 21. autem addit: "Sciendum est, me supponere, naturam Diuinam certo modo cogitantem ita cum Christo homine coniunctam fuisse, ut nomina et proprietas hominis et Dei mediatori, seu Diuinitati ac humilitati, ut unicum compositem constitutibus, simul confederatis tribui potuerint, quemadmodum homini mentis et corporis proprietates tribuuntur".*

eam, quam nos defendimus, Diuinitatis Christi descriptionem nec ad pietatem nec ad tranquillitatem animi maiorem vim habere, quam illam, quae Noetianis, Modalistis aliisque probata est.

Haud paulo longius a nostra sententia discedunt *Sociniani* (nam de Sabellio, Artemone aliisque nil attinet sigillatim dicere), qui Photini fere decreta sequentes Christo humanam tantum naturam tribuunt, e Maria oriundam, <sup>151</sup> at prestantissimis dotibus ornatam, et post mortem a summo Deo imperio Diuino summaque in omnia potestate donatam. Sed hi ipsi in duas partes abeunt, *adorantium* et *non adorantium*. Illi cum Fausto Socino et G. Blandrata Christo, quamvis Diuina natura substituto, adorationem deberi statuunt: Hi cum Chr. Franken religiosum cultum prorsus illi negandum esse, defendunt. <sup>152</sup> Compatriaturi igitur nostram sententiam cum Sociniana, primum, quale sit id, de quo inter omnes om-

nino

<sup>151.</sup> cf. Catech. Racov. Cap. de persona Christi p. 120. seqq. ed.

Oeder. Ioh. CRELLII de uno Deo patre libri duo Irnop. 1656. &c.

<sup>152.</sup> cf. disputat. inter Faustum Socinum et Ch. Franken de honore Christi in Bibl. fratr. Polon. T. II. p. 767. seqq.

nino socinianos conuenit, deinde, quid de iis,  
 quae dissentientium partium cuique propria sunt,  
 statuendum sit, dispiciemus. Atque illa quidem, quae  
 Socinianis omnibus communis est, de natura Chri-  
 sti deque imperio ipsi post mortem collato opinio  
 eiusmodi est, ut, si ad rationis normam exiga-  
 tur, non minoribus certe, si cum sacris litteris  
 conferatur, multo maioribus etiam difficultati-  
 bus, quam nostra prematur. Quod enim in  
 catholica Diuinitatis Christi descriptione repug-  
 nantiam inesse clamant Socini asseclae, id precario  
 sumi, neque ullo argumento vinci posse, supra  
 (§ XIV.) demonstrauimus. Quod autem com-  
 prehendi ratione nequit ea, quam nos sumi-  
 mus, patris ad filium relatio, id nec ad euerten-  
 dam nostram doctrinam valere, nec a Socinia-  
 nis, si constare sibi ipsi velint, vitio nobis dari  
 potest. Quomodo enim merus homo ad tan-  
 tum fastigium euehi potuerit, vt in Diuini im-  
 perii societatem veniret, quae sine naturae Diui-  
 nae communione locum plane non habere vide-  
 tur, aiente certe sensu cogitari haud potest.  
 Scripturaria autem argumenta si quaeras, inue-  
 nias sane in Socinianorum <sup>153</sup> scriptis tantam  
 loco-

153. cf. maxime Ioh. CRELLII I. modo cit.

locorum, quibus hypothesin suam tuentur, multitudinem, vt, si ex numero tantum, non ex pondere argumentorum aestimanda esset probabilitas, palma omnino illis concedenda esset. Prouocant nimirum tum vniuersitate ad omnia illa, quae §. XV — XVII. allata sunt, dicta, tum ad ea in primis, in quibus humanae naturae affectiones infirmitatesue Christo tribuuntur, vel insignes praerogatiuae a patre ipsi praemii loco (Phil. II, 9. seqq.) concessa commemorantur. <sup>154</sup>

At

<sup>154.</sup> Quod Iesus minus clare ac definite, quam Apostoli, de sua ad patrem relatione locutus est, nec vnuquam sibi ipse creationem mundi tribuit, (nam hoc etiam argumento uti posse videntur Sociniani) id offendere nos vix poterit, si cogitemus, nequaquam contentaneum fuisse Diuinae sapientiae, vt Iesu Iphius de Diuinitate sua assertiones tanta, quanta Apostolorum de eadem re institutio, luce radiarent. Primum enim id flagitabat Diuina sapientia, vt *sensim sensimque* Iudei ab illa nimis arctis limitibus circumscripta cogitatione de Dei unitate abducerentur, et vera de Messiae persona notione imbuerentur. Accedit, quod ita tulerunt consilii Diuini rationes, vt Iesus nostro commodo per totam vitam suam terrestrem humillimam sorte m experiretur, cum qua quidem continuam eamque illustrissimam Diuinae maiestatis manifestationem (Phil. II, 6.) consistere non posse, facile intelligitur. Exantrata autem morte malisque omnibus nostro commodo perferendis, cum praemii loco ad suminam dignitatem euctus et Diuini imperii consors ac nobilissimorum quorunque spi-

H 3

MS. A. 1. 1. 1. 1. 1. 1.

At si cogitemus, cum nostrae ecclesiae doctrina omnia ista, quae a Socinianis congeruntur, loca (cf. § XV — XVI.) saluis hermeneuticis legibus, conciliari, cum Sociniana autem de natura Christi hypothesi ea, quae §. VI — IX. XII. explicata sunt, Apostolorum et Christi ipsius effata nullo modo consistere posse, non possumus non statuere, cum s. litterarum systemate oppido pugnare eam, quam Sociniani vniuerse de persona Christi fouent opinionem. Tanto minus autem huic sententiae nostram praeferendam esse dubitamus, cum Socinianae scholae assclas, vbi ad locum de *adoratione Christi* veniunt, in nouum eumque difficillimum nodum incidere videamus. Qui enim religioso cultu prosequendum illum esse, cum Chr. Franken<sup>155</sup> prorsus negant, eos locis Ioh. V, 23. Hebr. I, 6 Phil. II, 10. 11. (coll. Ies. XLV, 24.) nullo

mo-

rituum imperator declaratus esset homo Iesus; tum utique consentaneum erat, inter homines quoque Diuinam Christi maiestatem in plenissima luce collocare.

155. E recentioribus praeter alios huc referendus LINDSEY, refutatus ab auctore libri: *Remarks on Mr. LINDSEY'S Dissertation upon praying to Christ, in which the arguments he there proposes against the lawfulness of all religious addresses to the Lord Jesus are examined.*

modo satisfacere posse, ab ipso Fausto Soci  
no<sup>156</sup> egregie demonstratum est. Qui autem  
cum

156. cf. Disput. not. 152. cit. et epist. Socini de invocatione  
Christi Bibl. fratr. Poloni. T. I. p. 353. seqq. Vbi inter alia  
haec legas: "Hic (Ioh. V, 23.) primum audis, Deum velle,  
ut Christus honoretur, sicut ipse honoratur: ex quo aperte  
intelligitur, Christum eo genere honoris a nobis afficiendum  
esse, quo ipse Deus afficitur, et consequenter a nobis ado-  
randum esse. Nam honoris genus, quo Deum afficimus,  
adoratio sine dubio est. Tametsi enim particula sicut plenam  
similitudinem necessario non significat . . . : tamen ut  
aliquam peculiarem similitudinem significet, necesse est  
Nam si nulla alia esset similitudo, nisi proflus generalis, i. e.  
in eo simpliciter, quod vterque honoratur; inutilia et vana  
omnino fuissent verba illa: Sicut honorificant patrem.  
Et ne quis putet, honoris similitudinem istam in eo tantum  
confusere, quod doctrinae et praeceptis Christi non minus  
sit parendum, quam Dei doctrinae et praeceptis pareatur . . .  
animaduertatur causa honoris, quae est, quia Deus dedit  
Christo omne iudicium . . . i. e. omne regimen ac gubernationem ecclesiae ei commisit — — Pater igitur ex his  
Christi verbis, Deum velle, ut Christus adoretur et Diuino  
cultu afficiatur; quae expositio Diuinae voluntatis nihil aliud  
est, quam praeceptum, ac proinde patet, exstante praeceptum  
de Christo adorando. Deinde vides, ex iisdem verbis ma-  
nifesto colligi, gubernationem et potestatem a Deo Christo  
concessam tanti esse ut ipsa per se moneat, Christum esse  
adorandum. — — — Habemus expressum aliud testimo-  
nium Hebr. I, 6, vbi verba illa Pl. XCVII, 7. Et adorent  
eum omnes Angeli Dei manifeste ad Christum referuntur, ad  
ostendendum, quanto Christus excellentior omnibus Angelis

cum hoc adorandum esse Christum defendunt,  
quamuis Diuina natura carentem, in aliam in-  
currunt haud leuiorem sane difficultatem. Et-  
enim constans erat V. T. doctrina religioso cultu  
neminem praeter *Iehouam coeli terraeque creatorēm* (Ief. XLII, 8. XLVIII, 11. seqq. Ier. X,  
11. etc.) afficiendum esse. Num autem credi-  
bile est, vel Deum ipsum, vel Iesum et Apostolos,  
quos tum vniuerse prophetarum oraculis Diuinam  
auctoritatem tribuisse tum illam ipsam etiam doctri-  
nam diserte (Math. IV, 10 Gal. IV, 8. 9. etc.)  
confirmasse constat, ita secum pugnasse, ut  
Diuinum honorem ad rem creatam transtulerint,  
et hominem, *μη φυσι οὐτα Θεον* (Gal. IV, 8.),

vt

„sit, vīpote qui ab ipsis omnibus adorati debeat. Neque hic  
„est opus ostendere, etiamsi verba ista in Psalmo ad Deum  
„ipsum referantur, tamen merito potuisse a Diuino illo scri-  
„ptore ad Christum referri. Nisi et scriptoris illius, et alio-  
„rum, quorum monumenta in sacro volumine exstant, . . .  
„auctoritatem in dubium reuocare velimus. . . . . Quod si  
„Christus ab omnibus Dei angelis adorari debet; quanto ma-  
„gis ab hominibus, iis praesertim, quorum proprie est ec-  
„clesias rex et dominus”? Vix monitu opus est, haec aliaque  
argumenta a Fausto Socino allata, paucis mutatis, et additis  
(cf. quoad locum Ioh. V, 23. S. R. STORR über den Zweck &c.  
p. 198.) a nostrae etiam doctrinae defensoribus ad conuenien-  
dam eandem, quam oppugnare Socino l. cit. propositum erat,  
fententiam adhiberi posse].

vt Deo Iudeis et gentilibus venerandum proposuerint? Quo quidem argumento quantopere vrgentur, qui Catechismi Raouensis placita sequuntur, eae ipsae, quas ad eludendam illius vim Fausti Socini acumen inuenit, vel responsiones vel calumniae luculenter demonstrant. Monet nimirum <sup>157</sup> vir ingeniosissimus, si vel maxime concedatur, praeceptum illud de solo Deo adorando hanc vim habere, vt praeter Deum neminem vlo modo adorandum esse declareret, tamen post Christi glorificationem etiamnum illud viguisse, iure negari posse. Sed ne illud quidem largiri necesse esse; Posse enim ita praeceptum istud intelligi, vt voce *solis* non excludantur, qui Deo sint subordinati. Christi autem adorationem summi Dei honori tanto minus derogare, cum et, qui Christo exhibeatur cultus in Dei patris, qui tantam illi potestatem dederit, gloriam redundet, et inter honorem Deo debitum et Christo <sup>158</sup>, quamuis vterque eodem genere contineatur, non minima differentia

<sup>157.</sup> cf. fragm. epist. Socini *de invocatione Christi in Bibl.*  
*Frat. Polon.* p. 354.

<sup>158.</sup> si. l. modo cit. ex *Catech Racov.* Qu. 245, p. 447. Ed. Oeder.

rentia intercedat. At ingeniosius haec, quam verius dici, imo secum ipsis pugnare Socinum eiusque asseclas haud difficile est ad intelligendum. Quomodo enim, quaeſo, vel tolli potuisse decretum Diuinum non a ratione ad certum tempus vel locum spectante sed a natura Dei atque a creatione petitum vel post glorificationem Christi Apostolorum doctrina, των μη φυσει οντων Θεων cultum aper-te repudiante (Gal. IV, 8. 9.) <sup>159</sup> sublatum esse praeceptum de uno creatore adorando, cum illa veri specie asseri-potest? Quod autem ita interpretandum illud esse dicitur, ut, qui subordinati Deo sint, non excludi existimandi sint; id quomodo vel cum consilio Dei, Israelitas a polytheismo vniuerſe auocandi, cumque diser-tis prophetarum declarationibus (Ier. X, 11. Ies. XLIII, 10. &c.) vel cum clarissimis N. T. assertionibus (Matth. IV, 10. <sup>160</sup> Gal. IX, 8. 9. Apocal. XIX, 10.) conciliari possit,

non

<sup>159.</sup> Adde Apoc. XIX, 10.<sup>160.</sup> Summa Socii interpretatione, Christus vtique non ex praecēpto illo ad quod prouocat, sed ex eo tantum argumentum ducere debuisset, quod Subordinatus Deo non sit ο πειραζων, nec tanta, quantam sibi tribuat (v. 9 coll. Luc. IV, 6., potestate praeditus. Summum enim cultum a Christo posulasse tentatorem, a superiori quodam potestatem suam re-petentem (Luc. IV, 6.) credibile omnino non est.

non video. Nec maiorem veri similitudinem  
prae se fert, quod de differentia inter honorem  
Deo et Christo debitum constituenda addit Soc-  
cinus et Racouensis Catechismus.<sup>161</sup> Nam et  
iisdem verbis, quibus Iehouae in V. T. cultum  
Divinum (Hebr. I, 6. coll. Ps. XCVII, 7.  
Phil. II, 10. 11. coll. Ies. XLV, 23. 24.)  
asserit, in aprico est; et contextum nullam afferre  
necessitatem, de inferiore quodam cultu co-  
gitandi, haud difficile est ad intelligendum.  
Esto vero, verbis illis summae adorationis descri-  
ptionem non contineri; Esto, vniuerse vera esse  
tum exegetica tum philosophica principia, qui-  
bus ad tuendam suam de honore Christo debito  
eiusque natura hypothesis utuntur Faustus Soci-  
nus eiusdemque sectatores; quomodo, quaeso,  
*si sibi ipsi constare velint, vel patri summam ado-  
rationem deberi vel Angelorum cultum illicitum  
esse probare e s. litteris poterunt?* Prouocant,  
ut illud vincant, ad locum 1 Cor. VIII, 6. Quid  
vero

<sup>161.</sup> [Generalis honoris Divini iustio in Catech. Racouensi  
(Qu. 212 - 215. p. 432. ed. Oeder.) ita finitur, ut, quomodo  
cum definitione hac conciliari possint, quae in eodera libro  
tum vniuerse de honore Divino Christo exhibendo (Qu. 236.  
p. 442. ed. cit.), tum etiam de permagno discrimine inter cul-  
tum Deo et Christo debitum intercedente, (Qu. 248. p. 447.  
praincipiuntur, equidem non perspiciam].

vero (liceat enim mihi Socinianam interpretandi rationem imitari) si voce Θεος inferior vel factus aliquis Deus significetur? Quid si per patrem tantum Θεος ΗμΩν, non absolute summus Deus, intelligatur? Obstat, inquiunt, quod et ΕΙΣ Θεος et is esse dicitur, εξ ε τω παντω sint. At Christus certe eodem versu (cf. Eph. IV, 5.) ΕΙΣ κυριος ita appellatur ut superior κυριος non excludatur. Vocem τω ΠΑΝΤΑ autem saepius ita accipi, ut non omnia uniuersitate complectatur, ex locis Ioh. I, 3. (cf. not. 58) Col. I, 16. &c. patet. Vrgent porro illud Christi effatum Ioh. XVII, 3. At vocem μονον in iis maxime, quae de Iehoua agunt, locis frequenter ita usurpari, ut idola tantum excludantur, ipsi concedunt. Addunt denique his aliisque locis 162, in quibus diserta patris mentio fit, complura alia, quae Deo vel Iehouae summum honorem afferre videntur. Sed ne dicamus, temporaria forte fuisse illa de unius Iehouae adoratione decreta; quoniam, quæsto, argumento euincunt, nisi secum ipsi pugnare velint, in loco v. g. Matth. IV, 10. (coll. Deut. VI, 13) vel vocibus προσκυνειν (cf.

Hebr.

162. Veluti Eph. IV, 6. 1 Tim. II, 5, &c. Sed de his sigillatim dicere, nil attinet, cum vel minorem ad probandum vim habeant, quam Ioh. XVII, 3. et 1 Cor. VIII, 6. vel, quae de his locis dicta sunt, facile ad illa transferri possint.

Hebr. I, 6.) et λατρευειν summam adorationem  
 denotari, vel verba αυτω μονω hanc vim habere,  
 ut non fidititia tantum gentilium numina excludan-  
 tur, sed neminem plane praeter Iehouam adora-  
 tione dignum esse, asseratur? At summa certe  
 adoratio, pergit sorte, ei debetur, qui creator  
 uniuersi est, atque ex se ipso Diuinum in nos  
 imperium habet. Damus vtique hoc facile: At  
 vnde eum, qui pater vel Iehoua dicitur, creato-  
 rem mundi esse atque ex se ipso Diuinum im-  
 perium habere probabunt Sociniani? Quid  
 enim, si de reformatione quadam terrae intelli-  
 gantur illa loca, quae de creatione uniuersi age-  
 re supponunt? Quid si Iehouae et potentiam,  
 quae ad perficiendum istud opus requirebatur,  
 et imperium in homines aliosque spiritus a su-  
 periore Deo concessum esse sumatur? Nam  
 et vocibus οντειν et נָבָל saepe reformationem  
 significari, et attributa Diuina cum re creata  
 cūmunicari posse, negare profecto non pos-  
 sunt Sociniani. Cogitur ergo, Faustum Soci-  
 num, et qui a partibus eius stant, ne prima-  
 riū quidem, quod maxime vrgent, dogma de  
 summa patris Deitate summoque cultu ipsi prae-  
 stando ita euincere posse, vt sibi ipsi constent.

Sed

Sed in alium etiam nodum incident, qui cum Fausto Socino faciunt, quem quomodo expedire possint, non intelligo. Negant nimis, *Angelos* religioso quodam cultu prosequi licere, sed ita negant, ut secum ipsi non satis consentire mihi videantur. Si enim Christo non propter essentiam, sed propter potestatem excellentem<sup>163</sup>, quam absolutissimam quidem vocant, at minorem tamen Dei potentia fingunt, adeoque finitam esse concedere debent Sociniani; adoratio debetur; quidni Angelis quoque multo minore quidem, quam Christus, at insigni tamen potestate<sup>164</sup> praeditis, religiosum cul-

tum,

163. cf Bibl. fratr. Polon. Tom. II. p. 769. seq. 775.

164. Angelos tum vniuerse insigni potentia praeditos esse, tum magnam etiam in terram eiusque incolas potestatem exercere, complura scilicet litterarum maximeque Apocalypses, cuius Divinam auctoritatem agnoscunt Sociniani, ioca planissime docent. Nec in dubium hoc vocare videtur *Faustus Socinus*, qui (Bibl. fr. Pol. T. I. p. 791. seq.) non modo Angelis gloriam non paruam imperiumque quoddam tribuendum esse assertit, sed, quod maxime notandum, hoc etiam addit: "Quod dicitur (ab iis, qui Deum Gen. I. 26. angelos allocutum esse negant), 'indignum esse Angelos vila ratione creationis participes facere, dicimus, quam longissime a vero aberrare eos, qui ita ratiocinantur, cum apertissimum sit, Deum iis creaturis, quarum ministerio ad opera excellentissima facienda virtutur,

id

tum, gradu tantum ab eo, qui illi exhibetur, differentem, praestare liceat? Num propterea hic honos illis negandus, quod religiose colinon possunt, quin summi Dei gloria imminuantur? At in ipsam Dei gloriam redundet necesse est cultus, quo Angelii propter potestatem, a Deo ipsis collatam, afficiuntur. Num forte praeceptum illud (Matth. IV, 10. coll. Deut. VI, 13) de uno Deo adorando eo valet, ut Angelis prorsus abiudicandus sit cultus religiosus? At ita illud interpretandum esse docet Socinus ut voce *solutus* non excludantur, qui Deo sint subordinati. Quo sumto, illud etiam argumentum cadit, quod ab Angelii illius (Apoc. XX, 10.) cultum a Iohanne oblatum deprecantis, et, de uno Deo adorando monentis, declaratione petere solent. Num enim uti poterit hoc argumen-

to

id tribuere, et cum illis communicare, quod ipsius proprium est. — — — Antequam homo vere homo esset, formatum primum e terrae puluere eum fuisse legimus, et deinde inspiratum sive insufflatum fuisse in faciem seu potius in partes eius spiraculum vitae i. e. spiritum vitalem. Quia licet a Deo facta esse dicantur, vix tamen fieri potest, quin Angelorum ministerio in ipsis Deus sit unus, ut verba formare s. fingere, et inspirare s. insufflare demonstrare possunt".

to, si quis cum Fausto Socino aliam, quam quidem Angelus cum Iohanne locutus praecepti de solo Deo adorando interpretationem supponat? At nullus certe in sacris litteris prostat locus, in quo iniungatur Christianis angelorum cultus. Sed licitum esse posse, quod praeceptum non est tum per se patet, tum Socinus etiam largiatur necesse est, qui et *invocationem Christi*, quam ab *adoratione* distinguit,<sup>165</sup> quamvis praecepta non sit, licitam tamen esse, et ipsam adorationem, si vel maxime nullum de ea mandatum existaret, negari tamen ipsi non posse, pronuntiat. Longum esset, fuisus haec persequi: Sed ex iis quae diximus, satis, credo, apparet, *ausus erat* esse Socinianorum, qui adorandum Christum esse concedunt, doctrinam. Omnino autem hoc iure asserere posse nobis videmur, quo altiore<sup>166</sup> loco Christum ponant Sociniani, eo minus

165. cf. *Bibl. fr. Pol.* T. I p. 354. seq.<sup>1</sup>

166. Magnificentius Fausto Socino de Christo sentit *Samuel PRZIPOCOVIUS*, qui duas omnino naturas, humanam et Divinam in Christo agnoscendas esse, sed non simul existentes, statuit, filiumque Dei nunc in coelo regnante non humanam, sed coelestem ac Diuinam naturam habere, *ut ipso in proprio dictam Diuinitatem genitam*, afferit (cf. *Opp. eius*

minus ipsorum placita secum ipsa et cum sanguinis philosophiae principiis consentire: quo inferiore, eo maiorem ipsos clarissimis N. T. dicitis vim inferre debere. Dubitari igitur vix potest, nostram de Divinitate Christi sententiam, ponderatis omnibus, praferendam esse illi, quam Sociniani, siue adorantes, siue non adorantes tueruntur.

### §. XIX.

Restat, ut de iis breuiter dicamus, qui in eo quidem nobiscum consentiunt, ut personale inter patrem et filium discrimen ante iam, quam e Maria natus esset Iesus, intercessisse statuunt, sed ita discrimen illud definiunt, ut oportet tollant. In quorum numerum referendi sunt

eius p. 453. seqq.) At hoc summo, illud profecto efficitur, ut humana Christi anima prorsus annihilata, in eiusque locum spiritus attributis vero Deo propriis praeditus substitutus fuerit. Quod quantum tum a fana ratione, tum a i. litteris, eundem Christum, qui in his terris versatus est, in coelis regnare clarissime affirmantibus, abhorreat, nemo non videt. Accedit, quod unitas Dei nullo modo consistere potest cum Principei sententia, qui in Christo inde ab exaltatione, (quam vocant) attributa vero ac proprie disto Deo propria, Diuinae essentiae et naturae perpetua pedissequa, inesse diferte affirmat,

### I

sunt tum *Tritheitae*, si qui erant, filii *εσταν* ei, qua pater praeditus est, prorsus aequalem, at *numero* tamen ab hac diuersam existimantes, tum illi, qui naturam Christo et humana et angelica superiorem tribuunt, sed inferiorem tamen filium patre faciunt. Et illorum quidem sententiae refellendae, non est, cur immoremur, cum manifestum sit, nullo modo eam cum dogmate de *vnitate Dei* (cf. §. X.) consistere posse. Horum autem de Diuinitate Christi doctrinam ita cum nostra comparabimus, ut, missis rigidioribus Arianis, eorum maxime rationem habeamus, qui vel cum antiquioribus Homoeusianis, filium *similem patri* *εσταν* esse dicunt, vel cum <sup>167</sup>, *Clarkio* aliisque filium om-

<sup>167.</sup> "The Father alone, inquit Clarkius (in the scripture-doctrine &c. P. II. §. V.) is *Self-existent*, *Underived*, *Unoriginated*, *Independent*; made of *None*, begotten of *None*, Proceeding from *None*. The Father (§. VI.) is the Sole Origin of all Power and Authority, and is the Author and Principle of what soever is done by the Son or by the Spirit. The Father (§. VII.) Alone, is in the highest, strict, and proper sense, absolutely Supreme over All. The son (§. XII.) is not Self-existent, but derives his Being or Essence, and All his Attributes, from the Father, as from the Supreme Cause. In what (§ XIII.) particular Metaphysical Manner, the Son derives his Being or Essence from the Father, the Scripture has

omnium, quae communicari possint, attributorum Diuinorum participem, at in modo tamen existendi et ordine agendi inferiorem patre esse, statuunt. Hi igitur cum pleraque illorum, quae §. XVI. seq. attulimus, locorum, tum maxime loca Ioh. XIV. 28. 1 Cor. XI; 3. XV, 28. Col. I, 15. Phil II, 6 sqq. cum illis

has no where distinctly declared; and therefore men ought not to presume to be able to define. The Scripture, (§. XV) in declaring the Son's Derivation from the Father, never makes mention of any Limitation of Time; but always supposes and affirms him to have existed with the Father from the Beginning, and before All Worlds. Whether (§ XVII.) the Son derives his Being from the Father, by Necessity of Nature, or by the Power of his Will, the Scripture hath no where expressly declared. By the Operation (§. XXVI.) of the Son, the Father both made and governs the World. Concerning (§. XXVII.) the Son, there are other the greatest Things spoken in Scripture, and the Highest Titles ascribed to him; even such as include All divine Powers, excepting absolute Supremacy and Independency, which to suppose Communicable is an express Contradiction in Terms. The Son, (§. XXXIV.) whatever his metaphysical Essence or Substance be, and whatever divine Greatness and Dignity is ascribed to him in Scripture; yet in This He is evidently Subordinate to the Father, that He derives his Being and Attributes from the Father, the Father Nothing from Him. Every Action (§. XXXV.) of the Son, both in making the World, and in all other his Operations; is only the Exercise of the Father's Power, communicated to him after an ineffable manner.

illis, in quibus mundi creatio omninoque summa  
quaeque ac Diuinissima, filio tribuuntur, opti-  
me conciliari posse putant, si  $\lambda\gamma\sigma\omega$  Diuinis qui-  
dem attributis praeditum, sed a patre quocun-  
que modo productum vel generatum, atque in  
omnibus, quae agat, eidem subordinatum esse,  
sumatur. Et fatendum omnino est, in eorum,  
quae de Christo agunt, oraculorum numero  
(si a Rom. IX, 5. discesseris) nullum fere esse,  
quod non satis commode interpretari possint Ho-  
moeusiani et Clarkiani; esse forte etiam, quae,  
*si per se spectentur*, facilius ab illis, quam ab  
Homousianis, explicari possint. At cum nullum  
certe, qui omnino non possit, saluis interpre-  
tandi legibus, ad nostram sententiam aptari,

168

lo-

168. De loco Col. I, 15., ad quem Harwood aliique vrgent,  
tenendum, verba  $\pi\rho\tau\tau\tau\tau\kappa\omega\varsigma \pi\alpha\sigma\gamma\zeta \pi\tau\iota\sigma\epsilon\omega\zeta$  vel ad homi-  
nem iesum, vt pote summum inter omnes res [creatas ob-  
vionem cum Deo locum obtinéntem, referri, vel, si ad  
 $\Lambda\gamma\sigma\omega$  trahatur, eo sensu accipi posse, quo Deus ipse (obser-  
vante Wolfio ad h. l.) a Iudeis *primogenitus mundi* dicitur  
(cf. S. R. DOEDERLEIN *Institut. Th. Chr.* P. II. p. 257. ed tert.)  
[Locuni autem Phil. II, 6-8, quamvis ad probandam vel ro-  
borandam nostram de Diuinitate Christi doctrinam (vii volunt  
quidam) adhiberi, ineo quidem iudicio, hard posse, tamen  
conciliari cum eadem ita posse, vt vel omnia quae v. 6-8. de  
Christo enuntiantur, vel ea certe, quae v. 8. eidem tribuun-  
tur,

locum afferre queant, facile intelligitur, omnem  
cum illis disceptationem eo redire ut quaeratur,  
vtrum cum scripturariae doctrinae systemate et sa-  
nioris philosophiae principiis, vtrum secum ipsa  
etiam satis consentiant minoribusque, quam no-  
stra doctrina, difficultatibus premantur Homoeu-  
sianorum et Clarkianorum placita. Atque illud  
quidem iure a nostris theologis negari, vel ex  
iis intelligitur, quae §. XI. disputata sunt. Sed  
sumamus etiam tantisper, exegetica, quae §.  
cit. in inedium protulimus, argumenta non tan-  
tum roboris habere, ut non possint ab Homoeu-  
sianis vlla ratione vel labefactari vel conuelli;  
sumamus tantisper, unitatem creatoris vel Dei ado-  
randi e sacris litteris non ita euinci posse, ut  
Homoeusianorum obiectionibus prorsus satisfiat;  
sibi ipsi certe non constare illorum systema, ita

pro-

tur, ad humanam eius naturam trahantur, a praestantissimis  
interpretibus ostensum est, (cf. b. ZACHARIAE *Bibl. Theol.*  
III. Th. p. 201 seqq. S. R. DOEDERLEIN *Institut. Theol.*  
*Chr.* P. II. §. 231. obs. 4. S. R. STORR *Dissert. in epist. ad*  
*Philipp.* Tub. 1783. p. 18. seqq.) De ceteris locis cf. obser-  
vations, supra §. XV. allatas, quibus hanc vnam addendam  
putamus, nullum omnino in s. litteris existare locum, in quo  
Christo qua *creatori*, vel omnino *in eo, in quo ante nativitatem*  
*versabatur, statu, perfectionem aliquam vel dignita-*  
*tem a Deo collatam esse, assuratur]*

I 3

probari poterit, si paucis, mutatis, ad Homoeusianos transferantur, quae de Socinianis, adorationem Christo afferentibus, §. superiore diximus. Fac enim, oracula illa de uno Iehoua vel Deo adorando non eo valere, ut praeter Iehouam nemo religioso cultu prosequendus esse censendus sit; fac, idolorum tantum cultui opponi prophetarum de solo Iehoua colendo decreta; fac, eas voces, quae adorationem significant, nonnunquam de *subordinato* cultu in s. litteris usurpari; fac denique, communicari posse cum spiritu a summo Deo distincto Diuina attributa; quo tandem argumento euinci poterit, *summum atque independentem Deum* illum esse, qui *pater* et Iehoua in s. litteris dicitur? Num ex eo hoc cogitur, quod i Cor. VIII, 6. *Eis Θεος* appellatur? At Christus eod. v. *eis νυπιος* ex Arianorum et Homoeusianorum mente ita dicitur, ut *subordinatus* alii *νυπιος* sit<sup>169.</sup> An ex eo forte, quod

Mo-

169. [Nec firmius argumentum e versu 4. ducere posse Homoeianos et Clarkianos, locum hunc cum Ief. XLIII, 10. II, XLIV, 6-8. &c. comparanti facile, credo, patebit. Si quis vero sit, qui putet, et his locis et illo *summi* Dei *vnitatem* ita afferi, ut plures *veros* Deos esse non negetur; is quomodo

in-

Mosaicum illud oraculum, Deut. VI, 4. extans, a Christo Marc. XII, 29. repetitur? At cum limitatione quadam hoc accipendum esse largiantur necesse est, qui Christum etiam verum Deum esse fatentur. Quid igitur, si vel fictitiis tantum gentilium Diis effatum illud opponi, vel Iehouam inter eos, qui ad nos pertineant (qui Θεοι γηων v. 29. fint) Deos principem locum obtinere, sumatur? Idem de ceteris similibus, quae a Clarkio (*in the scripture-doctrine of the Trinity P. I. Ch. I. S. I.*) producuntur, locis valere, facile est ad intelligendum. At ad patrem tamē, instant forte Homoeiani et Clarkiani, tanquam primariam causam creatio mundi refertur: pater enim per filium (Hebr. I, 2.) mundum condidisse dicitur. Esto vero, primarium nostri mundi auctorem esse patrem: At quo iure ex hoc, independentem summumque Deum eundem esse, colligere possunt, qui ea omnia,  
quae

interpretationem hanc cum contextu et consilio dicentis conciliare possit, equidem non video. Erenim (ut de Paulino tantum loco dicam) τοις ΛΕΓΟΜΕΝΟΙΣ θεοις non summum proprie (quem unum esse, ex gentilibus etiam complures agnoverunt), sed verum Deum (cf. Gal. IV, 8. 9.) opponi, dubitari vix potest].

quae ad creationem requiruntur, attributa in spiritus summo Deo inferioris natura inesse posse statuunt? Efficitur ergo illud, ut sibi ipsi<sup>170</sup> non satis constet Homoeusianorum et Clarkianorum systema. Quod confirmatur etiam philosophicis quae supra (§. XI.) exposuimus argumentis<sup>171</sup>. Accedit, quod non leui difficultate vrgeri eos video, ubi ad locum de *exinanitione*

tio

<sup>170.</sup> Eodem vitio laborat ea, quae a *Paulo Maty* in medium allata est, *theoria*, ingeniosa sane, atque ad expediendas exegeticas quasdam difficultates satis apta. Sunt nimurū vir acutus, *Δογον* esse spiritum finitum, ante conditum orbem ab infinito et increato spiritu, qui patris nomine in sc. litteris insigniatur, productum, et cum eodem personaliter unitum (cf. Moshemii *modesta ingnisiſſio in nouam dogmatis de Sancta Trinitate explicationem*, quam Cl. P. Maty nuper proposuit. Helmst. 1735. et Antonii Driessen examen sententiae quam D. Paul. Maty proposuit Groningae 1733.) At quomodo probare possit Maty, quod de *Patre* afferit, quin secum ipse pugnet, equidem non video. Quid enim, si quis Patrem aequem ac filium, finitum spiritum esse, et propterea tantum (1 Cor. VIII, 6, &c.) summi Dei elogio ornari contendat, quod *intime unitus* cum infinito spiritu sit? Quid si baptismalem formulam (Matth. XXVIII, 19.) magis fauere huic, quam Matyi, de Diuinitate patris sententiae afferat? Num refellere hunc, qui cum Matyo faciunt, ita poterunt, ut secum ipsi consentiant? Accedit, quod *triūm naturarū* (Dei *Δογον* et hominis Iesu) unionem iūnit Maty, adeoque non minus certe *μυσηρίου*, quam nos, statuit.

<sup>171.</sup> [Addi his possunt, quae TOELLNERVS in *Theol. Untersuch.* l. B. 1. St. p. 33. de hac causa differit].

*tione*, quam vocant, Christi veniunt. Nam nec s. litteris<sup>172</sup> consentaneum videtur, λογω tantam mutationem tribuere, quantam ipsum, cum σαρξ fieret, vel omnes vel plerique certe Ariani et Homoeusiani expertum esse sumunt, nec quomodo vel fieri potuerit,<sup>173</sup> ut spiritus excellentissimus in statum obscurarum idearum detruaderetur, vel, si fieri poterat, Diuina sapientia concedere<sup>174</sup> id potuerit; non facilius certe, quam quod in nostra doctrina ineſt μυση-  
πιον, comprehendendi ratione posse videtur<sup>175</sup>.

Nulli.

172. cf. Hebr. 1, 12, “Σὺ Ο ΑΤΤΟΣ εἶ”.

173. Difficultatem hanc profecto non minuunt, qui cum auctore anonymo commentarynis, in Priesleys theological repository Vol. I, p. 431. seqq. et in *Britt. Theol. Magazin* III, B. IV. St. p. 802. seqq. insertae, *Logon in humanam animam mutum esse* sumunt.

174. cf. *Lardneri epist. contra Arianos scripta* in *Britt. Theol. Magazin* III, B. IV. St. p. 731. seqq.

175. [Ne in iis quidem dicitis, quae de *exaltatione*, quam vocant, Christi agunt, explicandis satis feliciter versari mihi videntur, quos legere mihi contigit, Homoeusiani. Qui enim praemium Christi collatum in voluptate, e conscientia tantorum meritorum oriunda (cf. *Britt. theol. Magazin* III. B. IV. St.), possum esse volunt, ii, quomodo sententiae suae Apostolorum dicta quaedam, ad describendum gloriosiorem Iesu statum pertinentia (veluti Phil. 4, 9. seq. coll. Eph. 1, 20 sq. Hebr.

Nulli igitur dubitamus, Homoeusianorum etiam  
et Clarkianorum de Diuinitate Christi hypothesi,  
ut ut magnam veri speciem prae se ferenti, et,  
si practicum momentum species, nihil fere a no-  
stra differenti, eam, quam § II. definiuimus,  
sententiam, utpote cum vniuerso s. litterarum  
systemate melius consentientem, sibique ipsi  
prorsus constantem, praeferre. Nam quod  
ab omni difficultate liberari haec nequit, id ne-  
minem certe offendet, Paulinae illius sententiae  
(I Cor. XIII, 9.) memorem:

ΕΚ ΜΕΡΟΥΣ ΓΙΝΩΣΚΟΜΕΝ.

Hebr. 1, 3. X, 12. &c.), aptare possint, non video. Qui  
autem cum CLARKIO (l. cit. P. II, § XLVII. seqq.) Logon post  
exantlatam mortem hoc a Deo praemium reportasse sumunt,  
ut, cum ante incarnationem a Iehoua distinctus non fuerit, sed  
cultum huic exhibitum participauerit (P. I. Ch. II. S. III. nr.  
616. seq.), iam ut distincta a Iehoua persona adorari coepe-  
rit, ii, haud scio, annon maiorem Christo ante incarna-  
tionem, quam post hanc honorem obtigisse, confiteri cogantur].



## Corrigenda.

- Pag. 34. not. 34. lin. 7. pro *nitudinam* lege *intimam*.  
— — — — — lin. 8. pro *tum* lege *atque*.  
— 47. not. 63. lin. 11. pro *probabilissimum* 1. *probabilissimum*.  
— 51. not. 67. lin. 14. del. *to* (.) post vocem: *Christum*.  
— 53. not. 70. lin. 3. pro *describere* lege *uti*.  
— 69. lin. 5. pro *De* lege *Dei*.  
— — — 6. pro *an* lege *ad*.  
— — — — — pro *te* lege *vel*.  
— 69. not. 97. lin. 2. pro *vermischt* lege *vermischte*.  
— 74. not. 106. lin. 1. pro *Tummo* lege *Summo*.  
— 76. lin. 19. post: *praedito* adde: *spiritu*.  
— 85. not. 119. lin. 15. pro *minus* lege *magis*.  
— 87. not. 123. lin. 2. pro *himis* lege *nimir*.  
— 91. not. \* lin. 8. pro *differre* lege *differre*.  
— 94. not. 126. lin. 6. pro *presenti* lege *praesenti*.  
— 106. not. 141. lin. 9. post *laudati* adde *allato*.  
— 112. lin. 7. pro *confirmatum* lege *confirmatur*.  
— 113. not. 150. lin. 1. pro *LIBENII* lege *LIBERII*.  
— 115. lin. 3. pro *maiorc* lege *maiores*.  
— 117. lin. 10. pro *concessa* lege *concessae*.  
— 123. lin. 5. post: *verbis* adde: *Christo*.  
— 132. not. 168. lin. 5. pro *trahatur* lege *trabantur*.  
— 137. lin. 6. pro *NEC* lege *ET*.





Jg 2669

ULB Halle  
007 669 097

3



VD 18

M.C.



# Farbkarte #13



JOANNIS FRIDERICI FLATT,  
PHILOSOPHIAE PROFESSORIS TUBINGENSIS

## COMMENTATIO, IN QVA SYMBOLICA ECCLESIAE NOSTRAE DE DEITATE CHRISTI SENTENTIA PROBATVR ET VINDICATVR.

Ἐν μέρες γνωσθομεν. Οταν δε ελθη το  
τελειον, τότε το ει μέρες παταργηθησεται.

1 Corinth, XIII, 9. 10.

GOTTINGAE,  
SVMTIBVS VANDENHOECK ET RVPRECHT

1788.